



45



IV, 71.

cat. 1, 264.

64:



22
57



h. 22, 57.

1, 264.

EPITAPHIA ANNIVERSARIA
quia quaterna

ILLVSTRISS. SAXONIAE DVCIB.

Sac. Rom. Imp. VII viris, &c.

Dn. Dn. Dn. Dn.

MAVRITIO MAGNANIMO,

A VG V S T O semper - P I O,

CHRISTIANO I. MAGNIFICO,

CHRISTIANO II. MVNIFICO,

Heroibus incomparabi-
libus,

*Olim ab aliis erecta ; jam verò in Acade-
mia, quæ Lipsiæ est, solenniter Heroico me-
tro, omni marmore perenniore, ad-
ornata & instaurata*

à

VALENTINO HARTVNGO

P. C. Med. Licentiato.

L I P S I Æ,

Excudebat LAVRENTIVS KOBER.

ANNO M. DC. XIV.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

IL
D
C
nic
les;
que
aud
enit
la lo
duc
tun
mio





ILLVSTRISS. AC POTENTISS.

Principi, ac Domino,

DN. IOHANNI

GEORGIO, DVCI SAXO-
niae, Iuliae, Cliviae & Mon-
tium, &c.

Domino meo Clementissimo.

SErenissime ac Celsissime Elector,
redit verâ Heroicæ fortitudinis
laude redivivus *Mauritius* olim piæ
memoriæ VII vir, Celsitudinis V.
patruus, *Avi Augusti* frater, Germa-
nicus, (ne ulli aduler, sed rem loquar) Achil-
les; seque suis ostentat armis intrepido animo,
quem Undecies, quod mirêre, qui legeris aut
audieris ista; vix intra annos ter-undecim (tot
enim attigit, quando ad plures & ad beata il-
la loca abiit) hosti imperterritus obtulit; pro-
ductus à me in theatrum ac lucem, licet mul-
tùm impare tanto invictissimi Herois enco-
mio, quod vel Homero negotium facessere,

A 2 vel

EPISTOLA DEDICATORIA.

vel Fabium delassare posset. Cui autem bono? Quin maneant Manes beatissimi & placidè quiescant. Ignoscant, Inclyte Septemvir, qui tam crassè quærunt: & cognoscant, quantum tantus Princeps & Heros distet à vili vulgo & miserâ animâ; quæ in sua fæce hæret, nec unquam è fordibus eluctatur. At talis Dux ad omnia magna natus ideò annuatim deprædicatur, ejusque statua & imago passim ponitur, qua non solùm ipsius erga patriam beneficia sempiterna memoria celebrentur: sed etiam ut ad æqualia facinora *Principum*, inprimis *Agnatorum*, è quibus *Iane Georgi*, & *V. Celsitudo* est, animi incendantur. Habes Serenissime *Elector* animum & spiritum *Mauritii*, & faxit Deus, si res ita ferat, ut eundem contra omnes *Domui Saxonicæ* infensos viriliter exseras, diuq; cum *Conjuge Inclyta principissa*, soboleque *Illust.* diu valeas, vivas, orasque has sospes gubernes, & me *alumnus* clementissimè habeas commendatum. Lipsiæ Anno 1614. Calend. Octob.

V. Cels.

humilimus Alumnus

EVV



Εὐν Θεῶ

MANES MAVRITIANI.

ANNO M. DC. XIV. II. IVLII,

in æde Pauli.

DEnud agam, quod & hinc nuper mœstissimus egi;
Nuper ubi querulos equidem atrataq; Minerva
Expressi, velut ex undanti flumine versus,
Cum præmaturam flerem, Dux Inclyte, mor-
(tem,

Saxo Secunde, tuam, Christiane; frequentior omnis
Exulat hinc plausus; planctus modò regnat, & omnis
Vapulat, hinc risus comitesq; facetiæ; obortus
Eq; dolore dolor mœrorq; molestus opacant
Omnia; quin pluvij facies obnubila cœli
Condolet atque memor vestem mutavit amicli
Fumo; plena aloës, apij lugubris, amara
Bilis & absinthii sunt omnia plena, decore
Ostro Magnifico Prorektor, itemq; Lycei
Vos proceres lectiq; viri, juvenesq; politi,
Fluctus in Oceano fluctum velut urget, olympi
Quò mare nunc spumis gliscentibus astra laceffat;
Et nunc tartarei subsidat ad ima barathri:
Sic luctus luctum quoque trudit, ut altero & uno
Hebdomadis spacio duo justa illustra nobis

A 3

Perfol-

Persolvenda quidem fuerint Heroibus alto
 Sanguine prognatis ac Electoribus olim
 Saxonibus, VVitekindiadum de stirpe creatis.
 Nam subit, heu! gemini truculenti turbine sati
 Frater Avi, Martis pullus, fortissimus Heros,
 Mauritius patrum venerandus nomine easdem
 Sortes, moris ut humani est, sed moris acerbi.
 O sati vls dura feri! o cita funera! tristes
 O nimio exequia! dum praecoce morte sub armis
 Saxo Septem vir medio sub flore vigoris,
 Quin etiam medio Solis calidissimi in aestu,
 Ardor spicigeros ubi Sirius ustulat agros,
 Inter & Imperij nascentia vota peremptus
 Occidit, ut belli, sic pacis munere clarus
 Undiq; bisq; hodie ter denuſ it annus & unus,
 Ex quo Saxonici ruit inclyta gloria regni.
 Lux male mœsta redit, lugubri carmine rursum
 Condecoranda, satis tanto funesta Dynasta.
 Gratia magna Deo, quod adhuc sine funeris atrâ
 Peste malum dirasq; truces Academia tuto
 Integra Lipsiacis ita devitaverit oris.
 At tu septennis salvero cardinis ordo
 Ac Septenorum tacitâ vi nobile textum
 Annorum, quæ mox se pandet tramite fausto,
 Septimaq; hebdomadam series, cui numen avitâ
 Relligione subest majus, molesq; novandi
 Haud spernenda vices fatali cardine rerum.
 Quem penes ergo unum sunt omnia, magnus Iova

Vide-

Viderit hæc, alisq; suis & texerit umbrâ
 Nos sibi confisos, quidquid quoq; venerit usu
 Aut hodiè aut seris aut quandocunq; sub annis,
 Si quid erit gravius, meritis pro crimine pœnis,
 Quod divina parat Nemesis, justissimus ultor
 Destinet in scelerum capita autoresq; malorum,
 Intereâ fas sit nobis pro jure vetusto
 Manibus hac etiam solennia reddere luce
 Iusta Ducis patriæq; patris, quem fata vocarunt
 Ad sua busta semel, cœlis animamq; beatunt,
 Huicq; parentales numero carmine ferre,
 Quando nihil superest aliud, pro munere laudes.
 Psalmographus jubet id fieri dictamine ductus
 Flaminis ætherei: sine fine perennia justo
 Debentur memori æternum præconia versu.
 Ergo juvet revocate Ducem quasi mortis ab umbrâ,
 Ipsius in gestas se res diffundere tristem
 Ergo juvet mentem, nec non monumenta serenâ
 Principis insignis juvet exornare loquelâ.
 Quæ si constiterint, vel nostra merebitur inde
 In Dominum laudem pietas & quisq; bonorum
 Forsitan à modicis exemplis æmulus horum
 Iustitiæ parilis fortes meditabitur ætus.
 Mauritius meruit, si quispiam in orbe monarcha
 Vnquam aliquid meruit, seu Xerxes, seu fit Achilles,
 Seu sit Alexander Magnus, Mavortius heros
 Major Alexandro Magno, par equiter annis,
 Mauritius tres & ter dones qui attigit annos,
 A A Tantâq;

Tantaq₃ qui gessit subiitq₃ pericula, quondam
 Quanta vel Alcides indutus pelle leonis
 Claviger, humane decus insuperabile dextra.
 Sicut enim totum duodenis subdidit annis
 Ille sibi mundum, nihilum cunctatus alacri
 Marte: & ut hic domuit bis sena viriliter olim
 Monstra: ita Mauritius presenti mente manuq₃
 Bella quoq₃ Vndecies gessit feliciter. Esto
 Par igitur tanti breviter perstringere famam
 Principis aequales inter majoris & inter
 Virtutem egregie similes longè imparis, extra
 Aleam & ingenium geniumq₃ heroica semper
 Spirantis, nostræ Procures Academia, honore
 Magnifici, celebres pietate fideque, periti
 Iuris & instructi Medica virtute, Sopheq₃
 Dive spectati donis ac florida pubes,
 Par inquam fuerit placidis haurire querelas
 Auribus illustres illustri more, Dynastæ
 Mauritio fusas; Tu flaminis aura sacrati,
 Spiritus, Ens Entis, vis numinis enthea, virtus
 Coelica, tardiloque jam famina provehe lingua;
 Atque animare metrum ne dedignare tenellum.
 Turba misella vale, tuum habe tibi Phœbe, profana
 Nil mihi vobiscum est, phantasmata pura, Camœna.
 Res mihi vobiscum est, Procures, audite, sed arma
 Dira; sed arma, sed arma; sed arma; sed horrida & arma
 Et bella & ferrum, clypeosq₃ hastasq₃ globosq₃
 Pulveris ejectos pyrrii violentia & æstro,

Ac strepitum ac crepitum ac sonitum ac tonitru atq; tu-
Absq; metu tamen, absq; globi confidite jactu (multum,
Pugna securi solitis confidite sellis.

Frustra perculsi primâ sub fronte, periculum

Hic timuisse quidem maius nolite, merorum

Verborum fuerint hæc sola tonitrua; tantum

Fulgura metrorum fuerint hæc pura, poposcit

Res atrox prægnantia, atrociam, grandia, solo

Haud numero versus; sed pondere libret oportet,

Qui modò discupiet rectè interstinguere; brutum

Est aliàs fulmen, bellumq; est dulce profectò

Prorsus inexpertis, quidquid faciemus, id ipsum

Principis in causam facimus, vos Principis ergò

Causâ etiam facietis & huc adhibebitis aures.

Ac meritò. Princeps fuit hic Mavortius imis

Planè ex unguiculis, cunis quasi natus in almis

Miles, & auspicio Dux bellicus usque futurus

Dexteriore, quid & ni prosperiore? Poëta

Arma Ducemq; cano tenuis validissimum & acrem

Maximè, & undecies acies cui visa, nec ista

Visa modò: verum sat pertentata, cuiq;

Cor micuit, tremuloq; vagis præcordia fibris

Subsilière modo; si quid taratant ara raucum

Incinuit, sonuit vé novum cava buccina, siquid

Seditionis erat vel litis in hoste, paratum

Pectus erat, motu gaudet generosa modesto

Mens animi, cur non cor fortiter offerat altum

Præditus intrepido Princeps animo, actus in hostes?

Arma Ducemq³, cano, repetam hæc hoc carmine vestra
 Undecies veniã, undecies sudarit in armis
 Cùm probus hic Princeps, ut gesta fidelius aures
 Percipiant recolantve, quibus non cognita. Primum
 Arma Ducemq³, cano, qui religionis amore
 Tactus & attractus, quem suxit utroq³ parente
 Heinricho Alberti gnato illustrissimo, & illa
 Herois Magni Catharina filia, in auras
 Profatus aereas (numero Deus impare gaudet
 Ominis aut quid atit) Freiberga infantulus anno
 Millesimo quingentesimo, vigesimo & uno
 Atque die Martii rursus vigesimo & uno,
 Tactus & attractus qui religionis amore,
 Quod frangi faceret patrie ditionis ad usus,
 Nil intentatum, nil quicquam liquit inausum.
 Deditur hinc patrio pueritia prima Georgio
 Cuius is illustri sic sese gessit in aula,
 Ilicet ut tenero vis elucesceret aeo
 Indolis excelsa, non parva: sed Incluta: nunquam
 Vilis & exitis; sed semper regia, cunctis,
 Quà genus haud compar modo; verum animosior, ausim
 Dicere, quod dixi, cuius bellator in ipsis
 Natus & ob specimen pranobile roboris angues,
 Amphitruonis usi quondam puer, impete vasto
 Aggressus, dextrâ perniciter apprehendendo
 De medio tulerit, nec non devicerit, ausim
 Dicere, ni videar dicarve effingere, (vates
 Mentiri, at doctè! jam tris patremis vulgi est.)

Quod

Quod fuerit pater huic Mavors bellonaq; mater;
 Cui stat a fuderunt vegetum per membra vigorem
 Ac solido validos animarunt tendine nervos,
 Pollentesq; dedere sub ictum insigniter artus
 Ac tractare manu duro in discrimine belli
 Arma dedere levi gravia atq; ex ære rigentem
 Flectere & inflexam confringere viribus hastam.
 Noluit hic igitur latuisse diutius umbrâ
 Segnis in obscurâ glis somniculosus ut antro,
 Nec residere domi potuit: sed abivit in oras
 Iste peregrinas pugnatum fortiter, heros,
 Mauritius, non potatum, Venerive litatum,
 Ceu solet heu hodiè fieri plerunque: sed armis
 Militiaq; sibi rem strenuitate severa
 Repperit ac celebrem peperit sibi adorem & acer
 Finibus Hungariæ tumulto innotuit hosti,
 Hosti, quo non est alius crudelior, hosti
 Cui Mahometis amor, devicto Oriente superbo,
 Tantus, ut invisum Christi sit nomen ubiq;
 Christiadumq; genus, quod ferro vastat & igne,
 Finibus Hungariæ bis Turcæ innotuit hosti,
 Motus amore mero, permotus honore Ichovæ
 Solius ac patriæ conflixit amore salutis,
 Haud aliis, aut Hungarus, aut legat Austrinus, equè est,
 Haud aliis, hodiè tales ubi? Sumptibus illic
 E loculis propriis sibi militibusq; solutis;
 Atq; aded objecit corpus prælustre periclis
 Non levibus, rapido dubij certaminis aestu,

Ut vita stamen setâ penderet equinâ,
 Ecce quid obtigerit, paucis advertite (dignum
 Non minus auditu, quàm dignum sortè relatu)
 In medium dum Dux irrupit & irruit agmen
 Tattaricæ turmæ, sperans nil tale, caballo
 Intrepido intrepidus veclus cum laude Dynasta,
 Tela volant (gens hæc etenim perdocta sagittis
 Figere vel jaculo, quamvis distantia, certo)
 Tela volant, fusiq; volant glomeramina plumbi
 Grandinis acta modo, sparguntur in obvia, charum
 Grande cruentat equum en! vulnus, cum sanguine robur
 Effluit, in terram prosternitur ocyus, unâ
 Sternitur heu belli terror, Dux fortis & actum
 De vita fuerat, nisi si, ceu fidus Achates
 Reibisius pugnax (is enim se primus agebat)
 Pro Duce tunc morti vitam exposuisset aperta,
 Proh hodiè tali quotus est candore satelles?
 Proh hodiè tali quotus est fervore? profectò
 Vix totidem, totum licet inquisiveris orbem,
 Quot Thebis portæ vel divitis ostia Nili,
 Evasit princeps, clypeo quasi tectus amico,
 Miles honeste, tuo auxilio, tibi morte perennis
 Fama parata fuit: sed & ad majora Dynasta
 Nato vita reservata est, tutante Iehova,
 Cui meritò est soli cura assignanda salutis.
 Quo Duce perrupit splendentes ære phalanges,
 Quo Duce lethiferi vitare pericula belli
 Mauritius valuit perq; hoste obsessa viarum

Sensia

Sensit iter tutum, nec eâ succumbere pugna
 Debuit, ad patrias rediit sed letior oras.
 Hac adolescentem patrasse fatentur, eodem
 Qui vixere fide digni sub temporis ævo,
 Nescioq; an vivant etiam, vixisse libenter
 Crediderim paucos etiam nunc, omnia flaccet,
 Inq; vigore cadunt primo, raroq; senescunt,
 Qualia nunc hominum producit corpora tellus,
 Strenuè ubi & Cypriæ & Cereri Bromioq; litatur
 Certatim, quotus est, qui non post omnia ponat
 Sacra voluptati? gula plures enecat ense.
 Curio quid tamen ista queror querove? serundum est.
 Arma Ducemq; cano, qui robore fretus alacri
 Dexteritate potens & majestate serenus
 Seria anhelavit, non ludicra prælia, campum,
 Non Xystum cupiit; streperi sed pulveris æstum
 Iusta de causa semper, nec protinus ansa
 Qualibet atque levi arrepta lanævè caprina:
 Vt fuerint aliqui, quos spargere vana dolosis
 Haud puduit de tanto aut Principe tæduit ausis.
 Quid non invidiæ soboli est violabile? Livor
 Omnia commaculat, quasi musca nitentia stanni
 Vasa vel argenti, quò quid prælustrius extat,
 Hoc magis expositum est, cum scommatis ungue, cavillis.
 Ludibrio Cauris velut ardua quercus, arundo
 Tuta manet: semper certavit ob ardua Princeps,
 Ob levia haut unquam: sed quæ concernere totum
 Imperium poterant, Carolum te Cæsara Quintum

Testor

Sensio

Testor & acclamo; tibi dextra fidesq; probata
 Notaq; Mauritij fuit in regionibus extra
 Germanos positis, tu Gallia testis opima
 Hoc tremefacta Duce ac validis concussa sub armis;
 Gallia te vidit, bis Gallia victa triumphum
 Obtulit ac ramos superata ostendit Olive.
 Bellica senserunt te Belgica castra, viriq;
 Obstapuere tue sortes virtutis amœno
 Fulgure conspecto, timuitq; Brabantia vires.
 Cæsaris hinc fratrem, meritoq; Bohemia testem
 Advoco te magnis vexatam olim undiq; bellis.
 Ferdinande siles? tacet & consentit. Amicus
 Antibi vel major vel charior ullus haberi
 Mauritio potuit sociusve fidelio?romnes
 Qui tibi iunxit opes, quiq; agmina duxit in oras
 Ac equitum ac peditum Bojas, ut parceret agris
 Hostis & importuna quiesceret inde tumultus
 Turba per insulsum vulgus stolidasq; procellas.
 Quo tamen exhaustas Martis conamine vires
 Continuò exhilaret, Gnidiæ puer ille parentis
 Indidit ignem animo tacitumq; in se vit amorem
 Legitimi illustrisq; tori, dum ducitur Agnes.
 Vxor ab eximiis selecta virago puellis,
 Cui præstò famulæ genus alto è sanguine Regum
 Inter honoratas promptæ ad bona iussa ministras,
 Auro picta sinus, auro radiata capillos
 Agnes, Hessiæ Comitis cata nata Philippi;
 In quater hic quinos unamq; adoleverat annos

Dux

Dux, ubi vir factus tandem, factusq; maritus.
 Intuita unum oculis, animo unum amplexa Dynastam
 Est, & hic à pulchris defixus vultibus haesit,
 Hac Dominum agnovit semper venerata, nec ille
 Officio studioq; ipsi concessit amoris.
 Hac Venus alma tenus licet obtinisset idemq;
 Absolvisset opus feliciter omine fausto:
 Mascula vis animi tamen & mens Martia cordis
 Obtinet antiquum, bello nec destitit antè,
 Quàm fuit extremam fato deductus ad horam:
 Induperatorem succumbere oportet in armis
 Stantem, Mauritius benè noverat illud, ad unguem
 Praestitit hocce, vel extremo sub limine vite.
 Non à consiliis, (sit fas aspergere factis
 Ipsius hoc aliis) aliòve pependit ab ore:
 Sed sibi secretà quidquid placuisset in aulà
 Pectoris, hoc tacuit, nec lubrica opinio mentem
 Constantem vertit, benè conscius ardua quæque
 Esse premenda Duci, nunquam retegenda cuivis,
 Scilicet hoc fretus, quoties oppresserit hostem
 Id nec opinantem, quotiesq; fugaverit arvis
 E vacuis, nostro vix est numerabile metro.
 Arma Ducemq; cano, cui Parthenopirga severo
 Caesaris ex jussu fuit oppugnata vel annum
 Integrum aut præter propter, devicta deinceps
 Ac devincta Ducis mira prudentia & ausu
 Indolis heroæ, placidaq; modestia amici
 Pacificiq; animi, blanda pro munere suavis

Ad certas leges urbs Parthenopœia: longum
 Commemorare foret, si singula prœlia mistim
 Facta referre velim; lux hæc defecerit: imò
 Vox hæc aruerit, nec lingua profundere versus
 Ulterius poterit: licet ænea canna sonori
 Gutturis affuerit, vel ferrea fibra pharyngis,
 Vel diaphragma mihi corio septuplici, priscis
 Ceu quondam clypeis, vel si quid firminus istis,
 Si mihi grande latus, si quadruplicatus in amplo
 Pectore pulmo foret, plenus quasi flamine follis;
 Non tamen, in castris quæ gessit alacriter, uno
 Enumerare queam metro, vel in unius horæ
 Curriculo, longè cum sint majora, profectò
 Hic opus est alia nobis *Aeneide*, libris
 Bis senis textâ, jam summa cacumina laudum
 Delibasse libet, noscetis ab ungue leonem.
 Nunc eat ac verbis virtutem stringat acerbis,
 Nunc eat & carpat Lucumonum pessimus acrem
 Mauritium toto privatæ ac publicæ in orbe
 Pacis ut osorem turbatoremq; quietis.
 Quin nihil hic minus est, nec tale quid emicat omni
 Principis è vita, placidis è moribus, æquo
 Ex animi affectu, cives fateantur oportet
 Magdenburgiaci, num non nova gaudia toto
 Senserit urbs animo, num non moderamine mitis
 Rexerit hanc sceptri ac leges clementer acerbis
 Lenierit, cives fateantur oportet id omnes,
 Siq; secus facerent, malè testarentur & atram

Mani-

Manibus inferrent maculam praelustribus? an non
 Iure Magistratum decet observare supremum?
 Mauritius fecit, dum Casari pronatus in armis
 Paruit, annē benignum animi ac prænobile signum
 In Duce pramonuisse boni vel Casarem & equi?
 Mauritius fecit misera pro sorte Philippi
 Cattorum Comitibus, moto nil Casare, semper
 A socero stetit iste gener, ceu juris & equi est.
 Arma Ducemq; cano, Caroli qui Casaris ausus
 Non tolerare diu potuit patienter iniquos.
 Quod si polliciti violaris, Quinte, prioris
 Fœdera, nec socerum jam libertate Philippum
 Donaris, res facta mihi, stat comminus armis
 Ista geri ac totam ferro decidere litem.

Pacta ego non solvam, nec, quod semel ore profudi,
 Nulla immutabit venturi temporis ætas.
 Quippe semel nexo firmavi scœdere, jurans
 Per me, Nulla dies initi cum Casare pacti
 Immemorem arguerit, nati, dum secula durant,
 E Duce Cattorum sceptri moderamen habebunt,
 Cum quibus æquales fasces quoque Saxo tenebit.
 Esto sol mihi testis adhæc & conscia phœbe,
 Dixit & hoc ipsa re præstitit inclytus heros.
 Hic primò sortem mirabere Saxona, sortem
 Mauritium hic primò mirabere, majus in illo
 Numen agit, quem jam caput exhorrescit & ipse
 Orbis & Imperij terror metuitq; tremittq;.

Quid tibi cordis erat Carole invictissime? nullas

Mani-

B

TR

Tu trepidare minas, sed temnere bella solebas,
 Mars tibi lasus erat, bellum tibi mira voluptas,
 Vel quoq; Mauritio socio, jam defugis omni
 Conata socium, in pugna tibi saepe fidelem,
 Defugis ac altas tutum te condis in arces.
 Fortior en forti quandoq; supervenit, acrem
 Acrior in saccum trudit, robustaq; raptis
 Sapius expugnat spoliis robustior, artus
 Castra: suas fortuna vices alternat in horam.
 Mauritio hic causa bonitas equissima favit,
 Favit & indulget merita cum laude trophaeum.
 Arma Ducemq; cano: sed lege, sed omine certo
 Arma Ducemq; cano, tacitus qui pectus in hostes
 Obtulit agnatos, longa est injuria, longa
 Ambages, licuit vim vi depellere cuncto
 Tempore, Mauritio quid ni licuisse sit equum?
 Ergo armis animose heros, age, fortibus apta
 Ensem humeris, enssem per quem te gloria caelo
 Reddit & Elector tandem solenniter audis.
 Fascibus his tibi venit honos, tua dextera factis
 Splendida per varias, sparsit miracula terras,
 At nihil elato tumidove ferociter ausu
 Patraisti, tibi mens eadem similisq; voluntas;
 Et quae praecipitem clementia molliit iram.
 Omne tulit punctum, qui miscuit utile honesto,
 Miscuit id felix Princeps, illustria clamant
 Terna Lycea hodie, Ducis ingeniumq; celebrant,
 Annua cum redeunt natalia festa Lyceis,

Munifi

Munificum illustris, tales quòd dedere nidos
 Maluerit pueris, monachis quàm linquere pigris,
 Arcadicumq; pecus nostris quod abegerit oris,
 Quodq; cuculligeros, puta-pura catharmata, patres
 Raucaq; clamosi mera tintinnabula templi
 Expulerit, dederitq; piis habitacula Musis.

Dicite, qui colitis picti ludibria trunci
 Aut ebur in varias aut saxa polita figuras,
 Sive Esuita velis malisve cucullio dici,
 Vulpiove Antichristiada, num Saxo Dynasta
 Consuluisse suis melius potuisset? abite,
 Ignavum, fuci, pecus, ignorantia opaca
 Fratres, effarto pingues abdomine ventres
 Cedite; Saxo sugat vos à pressepibus, O si
 Hoc alia facerent etiam in regione monarchæ
 Longè floridior foret ab Ecclesia, longè
 Ab schola floridior foret, ac quoq; curia longè
 Floridior: Paulo rumpantur ut ilia Quinto
 Plena, recens cocto Latia meretricis alumno,
 Ac successori patrum longè ordine Petri
 Cui reserare fores fas est & claudere cœli
 Scilicet, à Petro cum claves ceperit hæres
 Idq; sat indigent hodierna insignia, binis
 Clavibus, una orcum reserat, quarum altera olympum
 Scilicet, & cui fas vigilantibus somnia quævis
 Fingere, legitimo sacras quasi jure sit ædes
 Fraude sibi ereptas & seuda monastica & omnes
 Cum fructu reditus decuplo sub scœnore, tandem

Ipse recepturus, Græcis scâ sorte Calendis.
 Nî Deus ob pœnam concedere tale quid ausit
 Nosmet in ingratos, verbi immemoresq; sacri.
 Et jam prima quidem, nisi nos manifesta negemus,
 Tantorum pridem sunt semina jacta malorum.
 Quid, quod & illustres Academia sensu opimo
 Munere nostra Ducis dote? hæc ipsa loquuntur
 Tempia, ubi jam sumus & celebramus justa piè olim
 Defuncto Domino mœsti exequialia, Paulo
 Tempia dicata sacro: sed jam donata Lycæi
 A Duce Mauritio, Conventibus undiq; dignis;
 Gestit & hic paries, fornixq; rotundus & ista,
 Quæ premitu, cupiant subsellia promere laudes,
 Atq; bonas grates pro tantis tamq; benignis
 Mauritio donis, faciuntq; hæc organa retrò,
 Quod non illa valent, hydraulica murmure claro.
 Ut nihil oblitus, duo millia florenorum;
 Frumenti modios sexcentos addidit; imò
 Cum quinis pagis sylvæ superaddidit agros
 Non modicos tanti clementia larga Dynastæ.
 Arma Ducemq; cano tandem, tandemq; supremò
 Arma Ducemq; canam (decies cecinisse poetam
 Me meministis enim, vos & memorare potestis)
 Arma ducemq; suam solius amore salutis
 Percitus in patriam, gladium qui strinxit & hastam
 Torfit in adversos magna vi comminùs hostes,
 Ut belli signum valido vexillifer ausu
 Extulit ac rauco strepuerunt cornua cantu;

Utq³ acres concussit equos, utq³ impulit arma
 Severi Albertus, socios grassatus in agros
 Marchio, vicinis tunc notus Marchio terris.
 Ocyus exarsere animi, simul omne tumultu
 Fervet utring³ solum, propter vaga flumina Lini,
 Arx ubi Pena jacet famosa dolore peremti,
 Pena heu! Mauritio quasi pœna futura Dynasta:
 Hinc acies ac hinc stat dispersita perito
 Ordine, militibus concurritur agmine spisso,
 Protinus horrifico tonitru cœlum omne remugit,
 Grandinis excutitur strepitansq³ crepansq³ procella
 Plumbiferi, resonant rigidis quassa ensibus hasta.
 Fervet utring³ furor Martis sevitq³ juvenis
 Bellica, ductores primi per & agmina promti
 Mauritius, Carolus victor, Magnusq³ Philippus
 Fridricusq³ valens; sed non satis omine fausto
 Detonnere die per quam infeliciter uno
 Fermè. Dux cecidit, nunquam cecidisset in isto
 Certè conflictu, si Marte petitus aperto
 Esset & haud à te, nebulo atq³ trifurcifer, olim
 Quisquis eras, (nec enim constat, nec nomine dignus
 Forsan eras,) dex insidius ita vulnere laesus,
 Ut quidvis potius, quam vulnere senserit ictum
 Ex improvise factum, cum ferrea cannis
 Glans explosa cavis thoracis abenci & arctos
 Lorica triplicis nexus penetravit, & imo
 Blanda tunc nus dorso disruperit ilis, nullis
 Consolidanda modis, nullis sananda medelis.

Ipse licet Chiron praesit faciatq; periculum,
 Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas.
 Egregiam verò laudem & spolia ampla tulisti
 Pessime, quisquis eras, nebulonum lixa malorum,
 Ut te Diū irudant, nisi sis conversus, ad orcum,
 Nunc ubi sudabis, sicut gulo dives ibidem,
 Tu gula militia sed perversissima diræ.
 Tene Ducem tantum? Quid habes holophanta? dolosè
 Sive subornatus fueris, quod odoror, id ausu
 Feceris aut proprio, quid habes holophanta? triumphum
 Victor habet victus, sed fraude, sed arte nefanda
 Victus, ab hoste refert equitum vexilla quaterna
 Et dena, aſt peditum vexilla quaterna quaterq;
 Dena decemq; refert & iniquos dispulit hostes.
 Disputſos fregit, domuitq; nec ante reversus,
 Quàm cecidère animi fracti virtute minaces
 Affuſiq; cadant pedibus, ne surgere possint
 Rursus & antiquas armis reparare ruinas.
 Vos quoque Peiniacis gemini cecidistis in arvis
 O Victor Carole, ô tu magne Philippe, propago
 Indiscreta, suis gratusq; parentibus error,
 At nunc grande dedit vobis discrimina lethum,
 Nam tibi Victor abest cruris compago sinistri,
 Teq; revulsa suum jam dextra Philippe requirit!
 Lucida Brunsvviacæ vos ô duo sidera gentis,
 Filius Ernesti Fridricus origine stirpis
 Lunaburgiæ clarus se præbuit acrem
 Hic socium vobis sub Marte q; morte q;, nolo

Nobi-

Nobilium Comitumq₃ animas superaddere. Tantum
 Hoc superadspergam, Lini bipatentibus agris
 Ter centum lectos dubiis cecidisse sub armis
 Ter cecidisse viros totidem, periisseq₃ verum
 Militiæ florem, roburq₃ virile, nec istud
 Mirum hominem hîcce mori: mirum sed habetur in uno
 Tantos totq₃ mori sic tempore, novimus omnes,
 Stat sua cuiq₃ dies breve & irreparabile tempus
 Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis
 Hoc virtutis opus: sed cælo animam addere, veræ
 Hoc pietatis opus: perfecit utrumq₃ Dynasta
 Mauritius, major majoribus, atq₃ quod annos
 Attinet, hic paribus sibi longè animosior, ô si
 Vixet, cui vitam Deus aut sua fata dedissent,
 Longè aliter fieretq₃ foretq₃. Quiesce beatus
 Mauriti, immunus jam Marte, fruisere sælix
 Intuitu Triados miro, lis visve, dolûsve
 Nullus adit Triadem, nec rixa, nec arma timenda;
 Omnia tuta polo, Dux almè quiesce beatus.
 Gloria victorem manet æternumq₃ manebit;
 Cui nemo compar erit, immortalis, eundem
 Pax vehit aurato curru, qui protinus imis
 E cunis, ut & è ludo, pueritiæ agone,
 Præcipuis bellis se miscuit acer, adulta
 Quiq₃ ætate fuit summus pro Casare ductor
 Anteq₃ signanus, qui dux fuit ipse, capusq₃
 Pro sese belli, caput insuperabile bello;
 Conseruisse manus, si sic licuisset ut olim

Fortiter adversa vel fronte vel ore, nec illo
 Nequiter invento perimendi glandibus astu
 Iam bombardarum missis violentia & Euro,
 Nam puer ecce virum sternit, mucosus, & aures
 Ponè parùm siccus, caculavè minoris alastor
 Vilior ecce Ducem! redeant modò militiài
 Secula prisciài, vetus appareret in armis
 Germanumq; decus manet æternumq; manebit
 Gloria victorem, qui crebriùs obvius hosti
 Strenuus ad pugnam campo conflixit aprico,
 Quàm quisquam infesto sibi concertavit homullo,
 Pluraq; qui gessit pro tempore bella, libellis
 Legerit in variis quàm forsitan alter, & urbes
 Obtinuit plures, quàm viderit aliter, Olympo
 Mauriti immunis jam Marte, quiesce beatus,
 Æternumq; novam salve atque vale inclyte lauru.
 Clepsydra defluxit nec vos tenuisse decorum est.
 Cepimus arma priùs mera, concludemus iisdem
 Armis, arma preces Ecclesia habentur & obstet
 Hic aliquid, precibus superabimus omne periculum.
 Quid nisi Turca crepat irux arma serocia? supplex
 Et crepet arma preces pugnans Ecclesia. Ponti
 Fex, rogo, quid nisi bella crepant Romanus & orbis
 Hesperij Hispanus, sanctæ Matertera Lige,
 Filia phy masturbatoris adultera patris,
 Fæto progenies examine prodiga, spurco
 Semine Lojole cunctas effusa sub oras
 Ut muscæ, ut culices presentis in aëris astu,

Quid

Quid nisi bella crepat sex Esauitica? supplex
 Et crepet arma preces Ecclesia. Turcaq₃, Ponti-
 Fexq₃, cadent Latiis, cadet Hispanusq₃, duumq₃
 Crabro cadet socius, grex Esauiticus, imò
 Ex asino putri scarabæus abibit in auras
 Et veluti gryllus colet inter stercora vitam,
 Quisquis ad huncce gregem sese associarit; acuto
 Dogmata calvescent reprobri spinosa cerebri
 Calvinò Bezisq₃, novis iterata sat. Almo
 Pronius hoc nihil est Dominoq₃, Deoq₃, Deiq₃
 Spiritui, crepet arma preces Ecclesia; Princeps
 Tuus erit noster Ian-ille Georgius unà
 Coniuge cum celsa, pregnante puerpera, & illis
 Filioz: matri ridentibus atq₃, parenti
 Suaviter, Augustus conjuxq₃, serena valebunt
 Ac vidua illustres bene prælustresq₃, sorores,
 Sicut oliva, domus generosa virebit & omnis
 Saxonica quondam qui fidus adhaerit aula.
 Salvus erit Rector Ian-ille Ph lippus & unà
 Ternio salvus erit fratrum cum Matre serena,
 Si crepet arma preces Academia, quid, quod & ipsa,
 Si crepet arma preces Academia salva futura est
 Cum pro-Magnifico, procerumq₃, cohorte docentum
 Ac quoq₃, discentum florente cohorte, supremo
 Pronius hoc nihil est Dominoq₃, Deoq₃, Deiq₃
 Spiritui, quem quisq₃, domi trinum invocet unum
 Hacq₃, roget de re, qua nos videt undiq₃, pressos,
 Et cerò precibus superabimus omne periculum,

Tō Θεω δόξα.

M A N E S
A V G V S T I
S E M P E R - P I I,

Anno 1614. II. Februarii
in æde D. Pauli.

ITZVAVVA

S

I

C

Co

me

Ce

fi

ca

ca

ta

Tu

Hi

Tu

dò

di

exc





SERENISSIMO ET ILLUSTRIS-
simo Principi ac Domino,

DN. AVGVSTO, DVCI
SAXONIÆ, IVLIÆ, CLI-
viæ, Montium; &c.

Domino meo Clementissimo.



Illustrissime ac Clementissime Prin-
ceps, quis non potest *Tuæ* Celsitu-
dinis meminisse, qui Illustriss. *Avi*
tui, *Augusti* piè defuncti recordatur.
Cognominem enim *Te*, Augustissime *Auguste*,
merito veneramur & virtutes avitas in *Tua*
Celsit. fulgido splendore elucescentes ac qua-
si fulgurantes, non scintillis aliquibus emi-
cantes, admiramur. Nec guttam pietatis aut
candoris haberet, qui pietatem, magnanimi-
tatem, aliosque id genus Heroicos impetus
Tuæ Serenitati nefariè detrahere auderet.
Hinc *Viteberga*, illustre *Eusebies* hospitium,
Tuam Celsitudinem florentem non obviis mo-
dò & promptissimis ulnis excepit: sed & in stu-
diis politioribus (quòd; in Principe rari
exempli) in Theologia strenuè pergentem
suspe-

suspexit. Quoties hoc, Augustissime *Auguste*,
non in aures privatim : sed publicè in os dice-
re haud erubuit *Tua* Celsitudinis amor, an a-
nima olim, Taubmanus,

Alter es Augustus,

Nec fefellit eum aut alios omen. Et viveret
modò Poëta is, & videret, quantoperè gaude-
ret. Quæ Pietas cùm seria apud *Te* illustrissi-
me Dux fit, nec avo in ardore religionis or-
thodoxæ cedas, religio mihi fuisset, nisi Pios
Augusti manes *Tua* Serenitati inscripsissem;
quos ut *Tua* Celsitudo à tenui Poëta & inidoneo
tantarum Laudum præcone Clementissimè
accipere & complecti velit, humilimè rogo,
Deumq; oro, ut *Tua* Celsitudo cum Illustris.
Conjuge incolumis longùm floreat & degat.

V. Celsitud.

Observantiss.
cliens.

ΣΥΝ

D
P.
E
Eois
Sind
Orbe
Pulla
Flam
Sed
Udu
Haco
Deb
Quo
Rom
Arch
Melp



Εὐν Θεῶν.

PARENTATIO

DN. AVGVSTI, SAX.

P. & S. R. I. ELECTORIS, AD AN-
num 1614. II. Feb. publicè in
æde Paulina.

EUphrosyne ignoscas ; tuus en! natalis: abite
Gaudia: lethalis lux hæc: suspiria adite;
Flebilis ut præsens status est: ita flebile carmen
Hacce die, qua non funestior ulla quadrigis
Eois vehitur; qua sol caput aureum & orbem
Sindone contexit radiorum luce suorum
Orbus & atrato comitata est syrmate phœbi
Pulla soror phœbe; ac reliqui minùs ætheris ignes
Flammimicum sparsère jubar: sed nubila, mistæ
Sed nivibus pluvia, in lacrymas ut fluxerit aër
Udus & Oceanus, jamq; ut fluat, ecce videtis!
Hacce die meritò passis Elegia capillis
Debit imparibus numeris plorare Dynastæ
Quondam obitum Augusti, Septem-Viri & Electoris
Romani Imperii, quo non augustius ullum,
Archiq; Marschalli, patriæq; parentis. At insit
Melpomene. Illustres illustri carmine dignæ

SUNT

Sunt animæ, & digni generoso carmine manes,
 Si canimusq; Duces, Ducibus sit nenia tantis
 Concinna, o proceres Academia & alma Juventus,
 Grandia grandævis Heroibus arma; vetustis
 Grandiaq; & gravia, at non absq; decore, poëtis
 Metra fuere: fides dictis minor ut sit, Homerus
 Prodeat in laudes diffusus Achilles & ausus
 Artis Vlissæe varios ac Hectoris artus;
 Nestoreæq; favos linguæ dulcedine multum
 Mella retundentes ac candida sacchara, in imos,
 Si qua viri virtus, Agamemnonis acris abyssos.
 Prodeat Aeneæ præco velut unius unus
 Ille Maro magnus, mare grande poëscos: Ecquid
 Nos sumus? ad tantos si par sit pondere, vires
 Excutere, ad trutinæ radicemve expendere vates
 Quid sumus? haud umbram gerimus, licet alter Home-
 Vrbe reviviscat, qua dormit Achaide humatus; (rus
 Virgiliusve novas se morte solutus ad auras
 Efferat, haudquicquam præstabit uterq;. Dynastis
 Saxonie dignas Illustribus, omnia ut ausint,
 Neuter habere potest laudes: encomia rebus
 Fortiter hinc gestis sunt inferiora: nec æquant,
 Ardua sint quamvis, virtutem verba: vel ambas
 In longum flaccas Flaccus sibi traxerit aures;
 Vel digitis etiam nasum produxerit arctis
 Naso; tamen levius, quodcumq; canetur, aviti
 Sanguinis eulogio fuerit, seu Saxonis ortum
 Videris aut viridis prælustria germina Rutæ;

Seis

Seu merita ac animi dotes, insigniter olim
 Gestaq; bella, bonæ studium pietatis, & ardens
 Religionis opus, patriæ tutamen in ægris
 Rebus & Aonidum solamen amabile: testes
 Advoco Lipsiacas bis centum circiter annos
 Advoco Leucoreas quoq; centum circiter annos
 Iure quidem merito Musas; fateantur oportet
 Ultrò, quidquid habent, à Saxone Principe quondam
 Hoc habuisse: Duces illi tam dulcia doctis
 Otia fecerunt & honesta negotia Musis.
 Ac dubitamus adhuc grates egisse recentes?
 Ac remoramur adhuc solennia justa quotannis
 Exhibuisse die, quo quisq; recesserit, isto?
 Atq; parentando manes celebrasse beatos?
 Neu facite aut crimen committite tale, supremè
 Quale sit ingrati specimen, ve grande profectò
 Immemoris cerebri vitium ac cacoëthes: abesto
 Hoc procul à nobis: quin jam pro more recepto
 Par erit, ut dispar fuerit conatus, ut omnes
 Desint ingenii vires, tentare, voluntas
 Sola placere potest quandoq;: nec ara Sabæum
 Semper habere potest ihus paupera, sufficit almo
 Iuniperi bona bacca Deo, sale sarre litatum
 Ire valet, cui gallia non moschata, nec illa
 Possit alypta focum moschata adolere, volentem
 Respicit idem animum; factum non respicit: æquum
 Atq; bonum fuerit quoq; consuluisse Camænas
 Hosq; Camænarum lessus æquiq; boniq;

Seis

C

Tempo-

Tempore solennes solito: sed ut equius ista
 Accipiantur & ut meliore bibantur ab aure,
 Qua decet, ingenii precor ipse modestia, adeste,
 Quotquot ad Augustas hodiè proceditis ades
 Principis Augusti causa; non corpore tantum:
 Sed magè presentes animo affectuq̄, favete,
 Splendide proRector, Ducis Illustrissimi, Hygeæ
 Grande decus divæ, præclaraq̄, totius inter
 Lux Academia proceres, qui pectore Christum,
 Christophore, oreq̄, fers, tua maxima gaudia, Bruno,
 Bruno Machaonia decus indelebile fama,
 Noster honos & amor, Reverendi nomine Patres
 Multiplici, Iesu Mystæ, sacra lumina templi,
 Vosq̄, fori Atlantes Themidosq̄, Dicesq̄, patroni
 Legifera insignes, nostraq̄, celebriter urbi
 Perspecti Medici, terrestria numina, Coi
 Hippocratis soboles, soboles genuina Galeni,
 Vosq̄, anima Sophies, spectate Decane, Magistri
 Eximiiq̄, viri, tum nobilitate juvenus
 Florida, tum studio præstans septuplicis artis:
 Omnes in solidum vos oro, favete Poëta.
 Non vos, Calliope, precor adspirate canenti
 Melpomené ve: favor mihi vester displicet olim
 Vatibus heu atheis gratus, quis noverit unquam
 Aut usquam toto fueritis in orbe: superstes
 Prisca superstitio vos nutriit hætenus; error
 Exulet à nobis idem: mihi nomen Iesu
 Sit prius ac propius, mihi Flaminis aura sacrati

Mitior

Mitior adspiret, quò vela secunda querelæ
 Luctifonæ pandantur & appellantur ad oras
 Littoris optatas aplustria mœsta carinæ.
 Sol hyemes hodiè bis denas finit & octo,
 Ingeminare iuvat selecta corona meorum
 Auscultatorum, bis denas finit & octo
 Sol hyemes hodiè, vacuas ne verberet aures;
 Ex quo reliquias Augustiq₃ ossa Dynastæ
 Condidimus tumulo, tristesq₃ sacravimus aras:
 Iamq₃ dies, uti nostis, adest, quem semper acerbum,
 Semper obumbratum colimus mœrore quotannis:
 Imò, quod Deus avertat procul optimus, istis
 Si pulsi nidus ageremus in orbe remoto,
 Oceanive vagi malè jaçtaremur in undis:
 Annua vota tamen, funebresq₃ ordine pompas
 Exequeremur, itemq₃ suis monumenta sepulchri
 Spontè bearemus laudum prælustria donis;
 Nunc ultrò ad cineres, ipsius ad ossa Dynastæ
 Ac Patriæ patris Augusti, sub pace quieti
 Iane, tuâ, Princeps, Elector Magne, Georgi
 Adsumus ac templi portas intravimus altas.
 Ergo agite extremos cuncti celebremus honores,
 Atq₃ Deum oremus, nos hæc ut justa quotannis
 Ede velit Divo sacrâ persolvere Paulo;
 Pallentesq₃ manu violas spargamus, amomiq₃
 Ac myrrhæ passim lacrymas stactæq₃ suavis
 Halitum & egregios castæ fundamus odores,
 Vnanimi voto sic quisq₃ profatus & ore:



Inclyte Septemvir salve, salvete recepti
 In coelum manes, animæ mentesq; beatæ.
 Incolaq; Augusti Dux augustissime plures
 Facte poli ante annos multum salve, inclyte salve
 Heros, æternæ vitæq; perenniter hæres,
 Salve iterum atq; iterum, manes salvete beati!

Hec tumulto damus. At porro quæ munera cunis
 Offerimus primis? teneris quas scribimus annis
 Laudes? ætati virtutes quas ve virili
 Aut etiam senio meditamur carmine dotes?
 Omnia in Augusto nimium prælæstria nostro,
 Omnia sunt augusta, serena, polita, decora
 Omnia, magnifica, excelsa, excellentia, summa
 Omnia in Augusto; genus alto sanguine clarum;
 Si juvet illustres inquirere stemmatis ortus;
 Traxit ab Heinrico generosa mente Parente
 Saxone cognomen solide Constantis adepto
 Principis. Et meritò. Quis enim constantior illo,
 Quis fuit Heinrico? liceat libare, quod olim
 Contigit, è vivis abeunte Georgio ad astra
 Fratris: sed in gustum breviter, neq; singula tangam,
 Id tantum; ut Pietas magis elucescat & ingens
 Religionis amor puræ, quem infantulus almæ
 Suxerat Augustus Catharinæ ex ubere Matris:
 Sed Magnæ Matris; Magni quia nata Parentis,
 Mechelburgiacæ qui Princeps extitit aula.
 Iam moriturus enim Dux ille Georgius, eheu,
 Bini orbatus gnatis improlibus, uni

Firmi-

Firmiter Heinrico legaverat omnia Fratri;
 Omne sed tali; sed tali lege, nisi unguem
 Migrarit latum de religione vetustâ
 Pontificum, non-Pontificum; sed schemate secum
 Optima & in forma mundi Latæq; cloacæ;
 Certior utq; fides gravioraq; Testamenti
 Fœdera sint, florem sibi deligit ille virorum
 Nobilium procerumq; sue ditionis, & insit:
 Esto ratum, ac habeat Frater mea jura, mei q;
 Imperii fasces: vestrum est parere libenter:
 Hoc animis placidis fixum immotumq; sedeto:
 Dixit & extemplò Proceres responsa parabant,
 Perplacuisse sibi Ducis ultima sensa Georgi:
 Malle tamen mitti Legatos Fratris ad aulam
 Ocyus Heinrici, mora nulla retardet euntes;
 Quò liquidò pateat, quid sentiat ipse: profecti
 Ut citius mentem flectant animumq; labantem
 Nec quidquam impellant, veteres pleno ore recludunt
 Thesauros, immensum argenti pondus & auris
 Sed mihi, Dux inquit, tellus prius ima dehiscat;
 Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
 Obscuras umbras Erebi noctemq; profundam,
 Quàm te Religio violem aut tua pacta resolvam,
 Christe Deus: doctrina mihi tua carior auro est:
 Papicolæ valeant, habeant, secumq; sepultas
 Ditis opes servent: Pietas preciosior ore est.
 O vocem illustrem, Constanteq; Principe dignam!
 Ne tales hodiè pauci, pluresq; Dynastæ

Sunt, qui præ Christo Cræsum venerentur amentq̄.
 Nunc eat & querat quidam nasutulus, unde
 Hauserit Augustus tantum pietatis amorem:
 A Patre natus habet generoso Augustior: isthinc
 Exulat; Heroum noxæ sunt pignora: certè
 Crediderim, Eusebien, quo sese numine mutet;
 Consultasse, Ducis tanti quò pectus haberet;
 Quà facere id valuit, bene-suadas accipe technas.
 Eunomia instinctu fide genitricis ad urbem
 Saxoniam soror ire parat, secum alma bonarum
 Dona ferens legum, placidis gratissima terris.
 Tunc equidem Augustum sopitum funere somni,
 Excelsa super excelsæ artis sede recondam;
 Ne quà scire dolos, fraudem subolerève possit;
 Tu faciem illius mensem non amplius unum
 Falle dolo & notos Heruli soror indue vultus,
 Ut cum te gremio excipiet Celsissima Nutrix
 Illustres inter cunas lepidumq̄ grabatum,
 Cum dabit amplexus atq̄ oscula dulcia figet,
 Occultam inspiret Themis ac pietatis amorem.
 Hinc illi igniculi micuere, piæq̄ nitela!
 Quid loquar Infanti Charitum tria dona sororum
 Exhibita? Omnis habet, quod agat; Nam munere vestro
 Quis velit aut ausit mortali è semine cretus
 Augusto augustæ contendere schemate formæ?
 Eluxit decor ex oculis: quantum instar in ipso.
 Quem decuit lepor ac roseis affusa labellis
 Gratia, cui læti dedit indulgentia cœli

Hunc

Hunc fore longævum longæva in secula Dynastam.
 Quis tibi nascenti non est gratatus, amœno
 Quis non ad spectu favit, quò ferrea primum
 Desiit ac toto gens prodiit aurea mundo.

Sicut enim validè superatis hostibus olim
 Omnibus & terris parta jam pace mariq;
 Augustus pater æratis bella horrida portis
 Clauserat ac magnum censerit jusserat orbem:
 Sic tui in auspicio, Dux augustissime regni,
 Mars Martisq; soror Bellona cruenta, repulsam
 Passus uterq; fuit turpem. Pax una triumphis
 Sapè cruentaris longè est preciosior: omni
 Charior est auro pax aurea & optima, nullo
 Vlla salus bello; pacem te querimus omnes.
 Te Duce fraternæ pereunt vestigia pugnae,
 Pacatasq; regis patriis virtutibus oras,
 Dum tibi præcipitem clementia corrigit iram,
 Forte nec adversos detorques pectus in hostes,
 Quo tibi venit bonos factò, tua dextera perquæras
 Lenis in ignotas sudit miracula terras.
 Hoc specimen pacis, specimen pietatis in ortu
 Edidit Augustus sub nominis omine Magni
 Caesaris Augusti, jam quid puer invè juventa
 Flore virescentis vegeto, quid præstitit, euge,
 Cùm simul Heroum laudes & facta parentis
 Iam legere & quæ sit, poterat cognoscere, avorum
 Virtus? non egit, quod jam pleriq; frequentes
 Magnatum nati curare videntur in aulis;

Aut aluisse canes Batavos, aluisse Britannos
 Atq; sero pingui grandes pavisse molossos,
 Aut adamasse supra reliquas res mordicus omnes
 Retia texta, plagas, nitido venabula ferro:
 Queis celeres lepores sectentur & acriter apros
 Sepè volutabris pulsos sylvestribus alto
 Latratu turbent & agant, montesq; per imos
 Eripedem clamore premant in retia cervum;
 Sive lupum aut fulvum decurrere monte leonem
 Optent, aut alacres gyro torquere caballos
 Ceu labirintheo malint, cernantve libenter;
 Vt pugnator equus motus clamore tubarum
 Saxa premat pulsu, rigidos vexantia frenos
 Ora tenens, spargatq; jubar & surrigat aures
 Incertoq; pedum pugnet non stare tumultu:
 Hæc studia, hi juvenum mores! hæc una voluptas.
 Cautior ille tamen Dux & juvenilibus annis
 Precocior, senio prudentior ex aliorum
 Exemplis didicit sapuisse, nec ista feroci
 Atrectare manu voluit dubiove periclō.
 Ecquid equus sternax possit, benè noverat idem
 Historie gnarus priscaq; Poeseos, olim
 Quid satis infelix damni Clymeneia proles
 Fecerit, Eoos dum flectere fortè jugales
 Stultior attentat, misso patris undiq; jussu.
 Quid miser Hipponous, Iovis ardua templa superbo
 Dum petit insultu, fuerit perpeffus, abundè
 Bellerophontei velut ungula & unda caballi

Indicat,

Indicat, Augustus, qui nil non norat, ad unguem
 Noverat exactum. Quod vulnus Adonidi, quantum,
 Et quàm lethiferum venanti inflixerit atra
 Trux aper in sylva, dum totos inguine dentes
 Abdidit ac fulva moribundum stravit arenâ:
 Cæsus Adonis apro speculum grave præbeat: imò
 Præbeat exemplum, nec non absterreat. Ergò
 Augusto tantum fuit hæc equitatio: quantum
 Iusta valetudo velit: illustrisq; voluptas
 Et regale decus, nec non venatio tantum,
 Quantum corporibus prodest mentemq; relaxat,
 Ac solet innatum, quasi stabro, animare calorem
 Exhaustum curis: reliquos convivium, ludi,
 Regales epulae, solidam spectacula noctem
 Latiùs exhilarent, pertæsaq; tempora fallant.
 At minimè Augustum potuere movere maligni
 Molles deliciae vesanaq; gaudia mundi:
 Qui meliùs charas impendere maluit horas.
 Qui viridem ætatis meliùs consumere succum
 Maluit, assidua dum sedulitate probatum
 Curriculi vestigat iter melioris & alta
 Mente Dei legem noctesq; diesq; revolvit;
 Atq; catechesin, sacri compendia verbi,
 Sicut Alexander Magnus cervical Homerum
 Noctu habuit, secumq; tulit, quòquò iverit: imò
 Biblia tota senex, dictu mirabile; verum
 Dulcius auditu longè est in Principe, mensis
 Vnius adsolvit spacio, monumenta Lutheri



Pura, Tomos grandes, alio recitante, benignis
 Atq; probè attentis auscultans auribus intra
 Hebdomadas solùm ter denas imbibit, orsus
 Exoriens die; vix aufugiente quietus
 Lampadi suffundens oleum alta silentia noctis
 Addidit, ecce senex solo pietatis amore!
 Quid juvenis faceret? quin hinc quid fecerit, ardor
 Ille senectutis liquidò demonstrat & œstrum
 Omnia noscendi perquirendiq; , priusquam
 Ritè gubernatis à se valediceret oris,
 Cecropii (neq; vana fides) Solonis ad instar,
 Doctior ut multò, multoq; beatior altos
 Pergeret in cœlos, Ducibusq; videret avitis
 Permistos heroas & ipse daretur iisdem
 Clarus in adspectum, nitidusq; serenior astris:
 O desiderium Ducis Augustissimi alacre!
 O calidum, ô validum in sacra dogmata Principis igne!
 Cui liber ante oculos Domini, cui jussa verenda
 Semper erant animo presentia: grata nec unquam,
 Quod solet heu hodiè fieri à compluribus annis,
 Amadisæi lasciva volumina Galli;
 Aut similes nugæ, mendacia crassa Vacunæ,
 Augusto fuerant: verùm magè simplice vero
 Gaudebat, vitiiq; illo sub teste voluntas
 Libera, flagitii & scelerum vitaverat artes.
 Seria quin Princeps adamaverat ille, Latine
 Conditor historiæ dat qualia Livius, usu
 Nobilitata suo, cultroq; Salustius ore

Qualia

Qualia, ceu mera mella forent; destillat in aures,
 Aut Tacitus tacitis non pratercundus Amyclis
 Qualia commemorat, cuncti dum munere suada
 Quid bene sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non
 Pleniùs ac meliùs Chrysippo ac Crantore narrant;
 Vnde suos fructus Respublica carpat & unde
 Imperii capiat mala detrimenta potestas:
 Undeq; vera viris prudentia surgat & æquum
 Vnde gubernamen placido moderamine sceptri
 Pendeat, è sola hauritur, quasi fonte salubri,
 Historia; è sacra longè magis atq; profanâ.
 Hic Rhodus Augusto fuit: hic saltavit: arena
 Hæc fuit ingenio poliundo præq; parando.
 Hæc studia, hæc medio juveniles tempore cura!
 Aæt ubi jam firmata virum te fecerat ætas,
 Aggrederis magnos (aderat nam tempus) honores
 O Auguste tui generis decus inclytum, amicum
 O jubar Heinrici patris Illustrissimi, ocelle
 Mauritiï Fratris nitidissime, Fratris in ævi
 Flore sui medio non dextro Marte peremti,
 Ac nobis aliàs memorandi carmine mæsto,
 Funebribusq; modis, plenisq; dolore querelis
 Annua si redeant modò justa, favente Iehova,
 Nec nimis anticipet funus lacrymabile mundi,
 Nec citò veridicus judex in nube serena
 Dicere jus veniat scelerisq; coarguat orbem.
 Euge Auguste soli Dux Augustissime aviti,
 Euge annis mature heros age, sortibus apta

Ensem

Qualia

Ensem humeris, enssem per quem te gloria caelo
 Equabit Iovæ nutu, volventibus annis.
 Nam tibi Iovæ favet, tua te commendat Iesu
 Christo sat pietas, tibi Dux en ducitur uxor
 Flamini auspicio sancti, satis omine fausto,
 Ac Regina tori consors tibi dexterâ adheret
 Danorum Illustris proles augusta Dynastæ
 Christiani. Anna decens geminisq; insignis & auro,
 Auro picta sinus, auro radiata capillos,
 Misit ab Arctois quod Dania nobilis oris,
 Dives opum, dives pictæ vestis & auri,
 Cui faciem virtus decorat, facieq; venustâ
 Pulchrior est animus, quam splendida pompa virorum
 Principum & Heroum Comitumq; Ducumq; propinqua,
 Sed de stirpe Ducum, neq; non prænobilis ordo
 Insequitur, plausuq; fremens votoq; sereno
 Magnificè augustam Torge comitatur ad arcem.
 Neu nimis affectu jam discrucière tuorum
 Regia Nupta tibi Patriq; & Matris amorem
 Leniet adnascens sobolis generosa propago,
 Quam regere imperio terras & Misnidos oras
 Adspicies lateq; suos extendere fines.
 Nec votum eventu caruit, Deus, ecce, sereno
 Germine sæcundat thalamum, Materq; sit Anna,
 Chara Ducis Conjux prolis multiplicis, usq;
 Nomen in hos annos Avia ut mereatur & usq;
 Nomen uterq; Nepos Ian ille Georgius, almi
 Imperii Elector, Dux Augustissimus, alter

Augustus

Aug
 Illu
 Sal
 Heo
 Alter
 Fort
 In
 Mau
 Omn
 Anno
 Aut
 Ex in
 Traje
 Dii p
 Qui
 Ergo
 Prod
 Terg
 Phyp
 Te m
 Frat
 Toti
 Ter a
 Gessi
 Non
 Quia
 Fas s

Augustus Frater juxta, Neptesq; sorores,
 Illustres liquidi tollant ad sidera coeli.
 Salve avia æternum nobis recolenda, nec Agnes
 Hedvvigis tristi salve reticenda Thalia,
 Altera quæ conjux es Avo; aſt avia altera iisdem.
 Fortunata ambæ Paradisi sede receptæ!

Interea Augusti frater Mavortius Heros
 Mauritius præter spem vota q; præter ad unum
 Omnia succubuit vi pugnae extinctus acerba,
 Annè dolo potiùs nebulonis nescio cuius?
 Aut caculæ aut lixæ, vel siquid vilius istis
 Ex improvise lædentis & occidentis
 Trajecto globulo lumbos lethaliter: ò te
 Dii perdant, & qui talem genuere parentes!
 Quid petis occultè latronum pessime tantum
 Ergo Ducem, Martis pullum? prodito nefande
 Proditor ac patriæ everſor scelerate, quid est, quòd
 Terga moves penè ante tubas latebrisq; salutem,
 Phypudor, abjectis quòd quæris turpiter armis?
 Te malus! At modica nebulo non dignus es ira.
 Fratri ita sublato Frater successit & hæres
 Totius imperii fit, Fratris jubente, quod annos
 Ter denos ac tres feliciter atq; quietè
 Gessit & obtinuit cum commoditate suorum
 Non tenui: sed quæ meritò laudetur in ævum.
 Quid referam? quid non referam? mihi voce pelasga
 Fas sit, in Αὐγέσῳ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετῆσιν.

O mihi

O mihi si linguæ centum sint, oraq̄, centum,
 Ferrea vox, si sitq̄, adamantina canna sonori
 Gutturis, haud equidem valeam perstringere laudes
 Virtutesq̄, tuas, pater optatissime, sacri
 Imperii quondam Septemvir & Enfifer, illas
 Si quis nosse velit, velit idem nosse, quot *Albis*
 Quàm variaq̄, Noto rapido turbentur arena,
 Aut tumidis velis si fortior incidat *Eurus*,
 Forsan odorari, quot frangant littora fluctus,
 Quot poli agant stellas, quot alat quoq̄, germina tellus:
 Ibo per innumeratas tamen in sarragine dotes,
 Pace sed *Augusti* majoris laude, deinceps
 Ne nimis offendam pronas mihi longior aures;
 Cujus ego unguiculos tetigi, non carmine nervos
 Corporis illustres, roburve virile, vigorem:
 Pro modulo ingenii juvenilis & artis. At olim
 Nescio num majus liceat promittere sanctis
 Manibus *Augusti*, cum re si creverit ætas;
 Ibo per insignes brevis in sarragine dotes:
 Sicut apes cursim sylvas saltusq̄, peragrat
 Extremosq̄, metit flores & flumina libat
 Summa leves. Nihil est pietate augustius, illam
 Gestit *Augustus* Dux degustare tenellis
 Non labiis modò: sed penitus demittere casti
 Pectoris in cellas ac in penetralia cordis.
 Quid tibi vis *Alphonse*? Pius non impare gressu
 Ambulat *Augustus* tecum: nihil hæreo: quamvis
 Tute quater-decies totâ sacra *Biblia* vitâ

Lege-

Lege
 Men
 Men
 Bibl
 Com
 Geb
 Can
 Fari
 Ilice
 Qui
 Præ
 Et fu
 Nolo
 Qui
 Vox
 Null
 Disc
 Nar
 Olsa
 Fron
 Cing
 (Pr
 Refr
 Profr
 Nob
 Non
 Qui
 Vox

Legeris; hic eadem Princeps perlegerit uno
 Mense: sed ex uno totum conflaveris annum
 Mense, duodecies uno sic finit anno
 Biblia: jam quoties perlegerit illa, se veris
 Computet articulis & uter jam vicerit, aiat
 Geber Arabs. Nihil est probitate serenius, illâ
 Candidius nihil est: Augustus amavit & ausim
 Farier, Augustus probitas fuit ipsa: valete
 Ilicet antiqua probitate fideq; Quirites:
 Quid Cato, quidve Fabi? Quid vultis uterq;? manere.
 Prævalet Augustus, probitas modò vestra mera umbra
 Et fumus. Nihil est constantia amœnius; illam (est
 Noluit Augustus nunquam retinere. Quid ergo?
 Quid vis Phocion? tua vox, Dux Attice, quondam
 Vox fuit Augusti, quam semper in ore ferebat:
 Nullus adulator mihi vivat amicus in aulâ;
 Discordes animis placitisq; exite Sinones:
 Naris ego obtuse Stenckfeldica dogmata quidni
 Olfaciam? quidni Calvinii dogmata Calvi
 Fronte capillitii arripiam? heus, exite bilingues
 Cingliada, saxo, ne sit concordia discors,
 (Pruriat ut scabies hodiè manesq; beatos
 Refricet Augusti Concors discordia; sanctum
 Prosubigatq; librum pedibus) si vixero; factum est,
 Nobile prodit opus, Concordia dicta; celebre
 Nominis Illustris monumentum ac Principe dignum!
 Quid tibi vis iterum? tua vox, Dux Attice, quondam
 Vox fuit Augusti, vos, quaeso quiescite, Davos;

Carce

Lege-

Carceris ecce petit vos saux inhiatq₃ lupi instar
 Esurientis. Ego sum etenim is, quem quæritis, horum
 Nil mihi, quæ facitis, placet. Ergo exite Sinones.
 Aut ego vos! Nihil est perjurio iniquius illud,
 Si quisquam unquam alius fuit aversatus, & irâ
 Extremâ diras, linguæ convicia, pestes
 Devovit, neq₃ non tam futile pectus ad orcum
 Censuit extrudi debere, quod undiq₃ centum
 Sacramenta, elementa tonet millena, crucemq₃
 Vulneraq₃ exprobret Christo refricetq₃ cruenta
 Blasphemè. Nihil est prudentiâ & arte gerendis
 Ut ilius rebus, solidam prudentiam & artem
 Prætulit Augustus patrii ad stabilimina regni.
 Quid tibi vis Iuli Caesar? solenne quod olim
 Scribereq₃ & legere & dictare, audireq₃ habebas,
 Istud & Augustus potuit, mirabere chartas
 Atq₃ manuscripti varia exemplaria fidi.
 En aquilam! aut aquilæ socium fortasse volucrem!
 Ecquis ad hoc ævi, rogo, tam sublime volavit?
 Augustus. Nihil est melius, quàm cura salutis
 Publica private civis cujusq₃: suprema
 Lex fuit Augusto pax ac pia cura salutis.
 Quid tibi vis Hadriane? parem sit ferre pudori?
 Talis ero Caesar, qualem fore privus avebam.
 Gloria dividua est: irascere neuter: alacri
 Rem populi Augustus studio curavit & auxit,
 Haud propriam atq₃ suam. Splen est, Trajane facete,
 Principis hic fiscus, quo ditescente senescit

Ac quasi tabe perit populus, ceu mole lienis
 Se reliquum attenuat corpus vixq; ossibus haeret;
 Nil magè Iustitia splendescit, ut Hesperus ignes
 Et faculas inter minimas praelucet. At ecquis
 Iustior Augusto fuit atq; tenacior equi?
 Quid tibi vis Memmi, mollissime semivir, exlex:
 Est tua non hominis: sed vox bovis illa: licere
 Quidlibet impune populi patrare Magistris.
 Nil habet Augustus tecum commune; se verum
 Sed cupit Antigonum, qui, si quid forte iuberet,
 Sanctis adversum quod Legibus iret, id ipsum
 Iusserit indictum, qui, si quid forte videret
 Legibus indignum, proscribere iusserit acri
 Cum poena. Augusti probat id memorabile textum
 Iuris Saxonici, probat Illustrissimi amussis
 Iudicii. Nihil est clementia amicius, illam
 Mirificè Augustus vita dilexit in omni
 Exseruitq; suos erga Fratresve vel hostes.
 Quid tibi vis Auguste tuo cognomine? multum
 Mitior Augustus leges clementer acerbis
 Mollit atq; viris veniam dedit eximè iniquis
 In sese. Nihil est gravitate decentius. At quis,
 Quis fuit Augusto gravior, quis gratior unquam?
 Hic etenim herois finxit se moribus: erga
 Innocuum innocuus, persensit amicus amicum
 Inq; bonos bonus ac malè cautas cautior artes
 Artibus elusit. Nihil est quoq; munere mentis
 Magnificaq; manus præstantius, illud abundè

Obtulit Augustus, ne dum profudit egenis,
 Precipue doctis, aliisque frequenter alumnis
 Exhibuit, quin hoc etiam nunc exhibet: este,
 Este alacres, alacres agite, este, quot estis, & ista
 Auditis: nos hac calcaria Principis urgent
 Munifici ac pungunt: Nec mortuus omnia noster
 Desit Augustus jam vivere, vivit in auro,
 Vivit in ære, pius quæ delegavit egenis.

Macte serenatus, Dux Augustissime, donis!
 Eternum salve, Dux clementissime, salve
 Alme Pater patriæ, Dux optatissime, nullam
 Non licet hinc in te virtutem cernere, salve
 Eternum, in cælis Deus est uberrima merces
 Ille tibi; tennes tamen hic agnosco grates,
 Et qualem modò cunq; animum, atq; quiesce beatus.

Quod superest, siquid superest, pia vota proborum
 Pectora jure decent: Deus Optime Maxime, Iesu
 Christe, sacrosanctum flamen, Trias unica, purum
 Fac, sonet ut verbum, sibola flos, Ecclesia vivum
 Germen, ut æternæ Respublica planta sit aula;
 Utq; trium Tutor Ian, ille Georgius horum
 Sit, sit & Elector Ian ille Georgius annos
 Incolumis plures cum conjuge, cumq; serena
 Ac sobole Illustri, vigeatq; Augustus eodem
 Nomine Avi celebris celsa cum conjuge, celsa
 Matreq; cum vidua & vidua cum conjuge Fratris
 Christiani haud pridem beu! subrepti morte Secundi;
 Illustres valeant ulla sine labe sorores.

Saxonijs

Saxonicaq; libens nunc quisquis adhaerit aula,
Strenuus officio benè praesit Principi & aula.

Magnificus Rector, Dux illustrissimus aula
Altenburgiaca vivat, salvusq; Lyceum
Sæpius hocce regat, Ian-ille Philippus amæno
Conspicuus vultu; ternis cum Fratribus, uno
Tempore Lipsiaca tiliæ gaudentibus umbra;
Vivat pro Rector, proceresq; Academia & unus
Quisq; suum absolvat pensum, sua munia quisq;
Acrius efficiat, doceat, discatq; nec aras
Sentiât hæc clades aut strages patria; donec
Immundus mundus conflagret, & omnibus olim,
Ceu satus Arano; tutiq; sacriq; periculis
Eripiamur; & à Christo inducamur olympi
In Paradisiaci viridantia prata; parata
Hospitia illa piis; quæ sunt mera patria; cesso;
Sed prece cessantem patula audiat aure Iehovæ;
Cui sit honor, cui laus, cui soli gloria; cesso:

Τῷ Θεῷ δόξα.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

22



M A N E S
C H R S T I A N I
P R I M I.

Anno 1614. II. Februarii
in aede D. Pauli.



S



fit
car
gni
qu
rim
pra
flum
con
nor
lust
tion
int

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to be organized into several lines.





Illustrissimæ Heroinæ

S O P H I Æ,

S E R E N I S S I M A E V I D U A E E T

olim CHRISTIANI I. Inclytici

Conjugi.



Elissima Heroina, quoties Potentissimi Electoris, *Christiani I.* ut Conjugis quondam dilectissimi memoria refricatur: toties proculdubio Eadem fit inæstissima, & quis in tali sexu culpet aut carpat? Clementissima Vidua, *Domina* benignissima, liceat mihi tria verba latinè loqui, quemvis *Serenitatem* hujus linguæ ignaram norim; tamen, si non alios virtute & doctrina præstantes viros, Illustrissimum Filium *Augustum*, clementissimum interpretem ipsi fore confidam. Affectus & solatii causa hæc offero, non luctus renovandi, qui nullus est, cum Illustrissimus Princeps jam in conspectu & fruitione totius Triados hilariter læteretur, ejus intuitu ut & olim *Iesus* Servator *V. Serenitatem*

P 4 CX

ex hac vita pro Dei nutu, qui longam & constantem ipsi concedat, in cœlos translata[m] beare velit, ardent[er] oro, & humiliter contend[er]o, ut *V. Serenitas* me tenuioris fortunæ hominem negligere ne dedignetur.

V. S.

addict.
cliens.

EDV

Fe
Fa
No
Di
Ob
Qu
Qu
Qu



Εὐν Θεῶ.

ILLVSTRISS. ET POTEN-
tiss. V I I VIRI,

CHRISTIANI I.

Anno 1591. 25. Septemb. piè de-
functi Manes. Anno 1614.

25. Septemb.

Solenni in æde Paulina Lipsiæ
memoriâ reculti.



*Est a dies, infausta dies, infestaq; ! monstri
annè alit hoc aliquid? Proceres, quid quæri-
(tis? Imò*

Monstri alit hoc aliquid; nec lux caret omine.

Festa dies, heu mæsta dies infestaq; vitæ (Quondam

Facta hodiè illuſtri est illuſtris Principis. Aſtus

Nondam detumuit: sed bullit tristibus iris

Difficiliq; jecur turgescit bile, ferocem

Ob mortis morem, sevamq; tyrannida, nullis

Quæ quoq; Principibus parcat satrapisve. Videte,

Quotquot in angusta vosmet jam sistitis æde,

Quattuor hosce Duces pictos in pariete! Vixere!

D S

Hæte-

Haecenus (ac viridi poterit residere cerebro)
 Forti Mauritium, en! animo, pietate serena
 Augustum, largâ Christianum aore secundum
 Munificæ dextra, prælustres hæcenus omni
 Tres ex asse Duces, ac Saxonas Electores; (poterim
 Mauritium Patrum, sed Avum Augustum atq; ne-
 Christianum licito lessu maclavimus orsu.

Magnificus finit Christianus primus & annum
 Limitibus claudit lugubribus ille secundi
 Christiani genitor Christianus primus, ad unguem
 Factus & effictus, quisquis Germanus Apelles
 Hic fuerit, graphice en Christianum pinxit, & ô si
 Quattuor hosce Duces pro majestate liceret
 Exornasse: quidem licuit, sine fraude fatebor,
 Nescio quis linguam mihi fascinet ore susurro
 Semive si criticus sit semipoeta ve, neutrum
 Sufficit, antiquo qui, quod crepat, inonat ore;
 Retrò eat, aut taceat, taceamve ego vel quoq; abibo,
 Me quasi non melius quisquam queat ista; fatebor
 Vana: superfuerint plures, majora minuis
 Qui poterunt istis; liceat, fecisse liberet,
 Si libet, anné licet? sic Caesaris illa noverca
 Argutabatur lascivior: attamen istis
 Non exit quasi limite cincta Licentia metis,
 Quos penes arbitrium est, penes hos etiam esto potestas;
 Ipse paratus ero, nec me tadebit alumnus,
 Feci, quod potui, feci quod debui, utrumq;
 Est minus, illustri licet hoc utrumq; quadriga

Quale

Quale Dynastarum jam quale dicaverit ardor;
 Ardor in exiguo minime carpendus homullo.
 Iunceus ecquis ego? quis? vix monogrammus. At isti
 Qui? quales? quanti sunt Misnico in orbe Dynastæ?
 Nomina nonne horum gemino sub fornice cæli,
 Non sub utroq; poli sunt cardine nota? Quid autem
 Facta? quid? Hesperias non sunt vulgata per oras,
 Aut per Hyperboreas non sunt dispersa; vel Auster,
 Quive leves auras jacit oris Euris Eois
 Ista diu norunt percepta fideliter olim
 Historico rumore, bonis concredita libris.
 Turpius ergo nihil foret, aut indignius ipse
 Quam benè res gestas si nesciremus, in almis
 Qui velut educti patriæ jam vivimus ulnis.
 Excute segnitias animi te, expergiscere, somni
 Excute torporem mens pervigil atq; recentis
 Non minus historiæ, quam prisca combibe amorem.
 Ut clari cœnavit olus conviva Platonis
 Obvius huic manè, dicta acceptaq; salute,
 O suaves epulas, inquit, quas postera suaves
 Lux quoq; sentit: habet sanè se prorsus eodem
 Scire modo, multis quod retrò evenerit annis,
 Nempe senectutis dulcis nutrícula cane
 Historiæ est series delectamenq; juventæ
 Melleum & hæc quondam reminisci fortè juvabit.
 Commodum eritq; suis narrare parentibus olim
 Filiolis, nec non in secula longa nepotum
 Magnanimorum altas laudes transmittere avorum.

Hoc

Hoc facit ad mores, factos polit atq; politos
 Praeficit imperio magna cum fruge Dynastas,
 Si legere incipiant laudes & facta parentum
 Incluta, si pergant, quæ sit, cognoscere, virtus:
 Si variasq; vices animo perpendere cauto
 Discupiant mirosq; velint attendere casus.
 Interea tenui proceres ignoscite vati,
 Fulgide pro Rector, quem non tam purpura nobis
 Quam decus eximium mentis commendat, alacris
 Semper in officio, quin hoc in honore molesto
 Acris & assidui, Iani, Corvine, Philippi
 Quartum Magnifici medio pro Rector in æstu:
 Summaq; Sionidum vos ornamenta, verenda
 Eusebie facieq; oracula publica, patres,
 Divite, VVeinrichi, spumans vindemia musto,
 Musto, Evangelii quod puris pressit ab uvis,
 Egregiumq; decus Schmucki imò Ecclesie Iaspis.
 Vos quoq; quæ præfert sibi Iuridicina, tenebris
 Obscuratarum rutilantia sidera Legum;
 Quosq; suis titulis Medicina insignit, Homero
 Iure salutati, *πρωτων αὐτάξει αἰνων:*
 Vos etiam Sophies prædulcia corcula; quorum
 Tanquam anima Hopsuere es spectate Decane, juventa
 Deniq; noster amor, vos olectissima pubes,
 Vos iterum obtestor tenui veniam addite vati;
 Et breviter reliquum faciles cognoscite & ipsum
 Quod facit ad rhombum, nec circumducere vestras
 Gestio nunc aures spe lactaturus inani;

Rem

Rem dicam, dicturo spiritus adsit Iovæ,
 Perpetuum eterni spirabilis ardor Iovæ.
 Suavia neclareo metra conspergatq; madore.
 Si valeam lacrymis nimium exhaurire dolorem,
 Exhaustoq; graves aquare dolore ruinas,
 Flebilibusq; pios gemitus aquare querelis,
 Et flerem & gemerem tantum, tantumq; dolerem,
 Quanta fuit crudi & quàm trux violentia sati
 O Christjane tui, proles augusta parentis
 Augusti, ingenii Augusti decorisq; paterni
 Spes liquida eq; novem natis solum une superstes
 Ac heres regni, charus genitricis ocellus
 Annæ, Daniaci quæ regia nata Dynastæ
 Christjani fuerat cognomine tertii, & ultro
 Cuius in unius stetit unica cura parentis
 Augusti curâ, velut assolet esse futura
 Arboris in solo spes surculo & ungue colonis.
 Sed mihi nec satis ad lacrymas est flebilis undæ,
 Nec se suppeditare valent suspiria luctui,
 Nec satis ad tantum tristata Camœna dolorem est.
 Ecquid enim gravius? quidve hoc crudelius? annis
 Vix superant aliquot paucis tres præcoce sati
 Impete se heroës: etate parùm impare, nondum
 Quisq; duos & ter denos impleverat annos.
 Mauritius, nec non Christianus uterq; ; sed ille
 Filius, hicce parens, cuius renovamus honores
 Carmine funebres mæsto pro tempore. Constat
 Semen abire suo à genio haud consuesse; sed omni

Quale

Quale parens, talem quoq; pullum excludier ovo,
 Scilicet illustres illustribus enascuntur
 Seminibus stirpes & vis traducitur ipsa
 Ac generosum animi robur cum sanguine. Tanti
 Intererit, si quis lactetur ab ubere matris.
 Haurit enim mores cum lacte infantulus, equum
 Est etiam, unde habuit vitam, sibi pabula fundi.
 Haud aliunde, nisi obstiterit vehementia morbi.
 Emluus hinc Patris Christianus primus ad unguem
 In pietatis opus tantum coniecit amorem,
 Fer vidus ut patris inquirere jusserit oris,
 Ne pia religio quidquam pateretur, ut isthic
 Nequam hominès fuerint vulpina pelle fideq;
 Ancipiti, turbas dare qui studuere, sed astum
 Optimus actutum Deus hunc compressit & ausum.
 Sicut enim coelum non tempestate serenum
 Cernitur assimili semper; sudumvé; sed udum
 Sæpè sed obscurum, quin nobis visus ad horam
 Sol oculus mundi lumen subducere mundo,
 Nudius en quartus: parili ratione frequenter
 Nubis in imperio quandoq; quid obvenit atra.
 Ecce Monarcharum modo regna quaterna, vel illud
 Assyrium, erroris nunquam sine firmate: Persamve
 Adspice vel Medum, raro sine labe; Pelasgumvé
 Adspice, Alexandro quid defuit; ociùs imum
 Adspice Romanum, ut coenum desorme, lutosi
 Quod teritur trivis. Daniel præfagiit, utus
 Haud valet astrologus sic præfagire, profectò

Vel

Vel quoq; tam faller, malè quàm fallerur, ut orbes
Circumeant, erroq; Planeta rotetur, ut adsint
Sidera, nil certi, mera credulitatis imago.

Nil mali inest cœlo, quid habebit olympus olympi?
Non perdit totum; sed splendet totus, origo est
Hec bona, semper erit, delirent turpiter ævum
Astrologi, exactus licet adstet calculus, ullus
Angulus haud absit vitæ mortisve domorum:
Cor cœli teneat Mavors, teneatq; profundum
Sterculius, nadir teneat Zenithve, perinde est:

Rectius à solo fluit hæc variatio regni,
Qui movet omne, Deo, Deus ô, Deus optimus imbrem,
Grandinem & hærseon, Deus ô Deus optimus umbram
O Deus avertat, tempestatesq; serenas
Faxit, ut in nostris Ecclesia sentiat oris,
Serves in imperio Ianumq; Georgium avito
Vnum constantem solumq; superstitem & acrem
Dogmatis integri, liceat sic dicere, Achillem,
Ac reliquos animo donet meliore, reversi
Vana recognoscant prava deliria glosse,
Et Christi verum corpus, verumq; cruorem,
Æthereas epulas, merito dignentur honore.
Nil igitur mirum, si sit nubecula sudo
Interdum cœlo: sic & febricula sanum
Occupat interdum corpus; labecula pulchram
Virginis infestat faciem, nec parva pudori
Est macula; & pulchro monstrum non officit orbi,
Cum natura vices adamet, nec rarius illo

Judas

Ludat in humanis divina potentia rebus
 More, nec ingrato, sic dulcia miscet amaris
 Pharmaca solerter Medicus, modò consulat egris,
 Nausea molliculo ne fiat magna palato.
 Sed quorsum avehimur? cuiusve voragine tandem
 Gurgius absorpti demergimur? ilicet omni
 Proxima quem legimus festini littora cursu.
 Ducta fuit conjux Christiano hinc inclyta primo,
 Brandenburgiaco Sophie prognata Dynasta,
 O Sophie, vidua ô hodiè mœstissima Mater,
 Mater, in illustrem cui dextera Christias hortum
 Sevit tres natos, viridis tria germina Ruta,
 Christianum, Augustum, Ianumq; Georgium,
 Saxonice domus est & stat fundata propagis. (in isto
 atq; duas per quàm prælustria pignora, natas.
 Quid? quòd & in leges licitiq; sacraria juris
 Sedulus incubuit Christianus Primus, & inde
 Consilii Præses, mandante parente, per aulam
 Totius factus, quò curia summa, remoto
 Munere (nam quis non, rogo, munere flectitur? ecquis
 Cereæ non nasi quit fingere plasmata juri,
 Aut velut argillam in varias diducere formas?)
 Cuiq; suum tribuat, seu nobilis audiat, aut sit
 Sordidulus corydon, nullo discrimine, nullo
 Personæ adspectu, terrasq; Astræa relicto
 Cœlo sancta colat, nec non ferat obvia gressus
 Prisca fides bonitasq; comes succedat amico
 Iuncta sodalitio, contra lis visq; dolusq;

Exulet

Exulet afflictis per tot jam secula terris.

Quippe etiam in ternos, habitacula grandia, ludos,

Quem pater Albis adit, Sala quemq³ salutat, & illum,

Quem vaga Mulda rigat, præsignia flumina, multo

Largior, ut tantum decuit Dominum extitit, idem

Liberiore manu miseris suggestit alumnis,

Quod modo cunq³ sibi de postulat esus & usus.

Non Academiâs jam commemorabo: nec ullis

Hic opus est verbis, clamat res ipsa, loquuntur

Munificam dextram rescripta benigna Dynastæ.

Patria nec tellus tantum bona munera sensit

Tam sapidis fœcunda favis: sed & extera gentis

Natio Francigenâ, jam Gallia dicta, sereno

Dum regi misit peditumq³ equitumq³ cohortes

Auxiliatrices, ne fiant irrita pacis

Fœdera pacta semel percussa q³ firmiter, almam

Donec ac obscuris lucem sol dividet umbris.

Hic meminisse libet, quàm providus iste Dynasta

Forsan ad insultum se communi verit omnem

Ex improvise subeuntis iniquiter hostis.

Hinc novus armigerum decernitur ordo virorum

Nobilium, nostro quos carmine dicere vix est,

Carbatinorum, liceat sic dicere, in aula

Acre satellitium & pote propugnare Dynastam

Fortiter adversus, quales sint undiq³, fraudes.

Ecce, quid acciderit! Legatos Gallus ad aulam

Saxonis illustrem misit taciturnus: at ille

Certior istius Dux redditur ocyus, agmen

E

Instruit

Exulet

Instruit extemplo parili cum schemate vestis
 Atq; sagi & chlamydum pictarum densiter auro,
 Fimbria quas ambit quasi quintuplicata, nitore
 Haec vicere tamen vario splendore columbam
 Gaudentem rutilo tortae cervicis honore,
 Quae nunc argentum, nunc lumina fulgida blandum
 Opposita hinc phœbo radiantis provocat auri;
 Iamq; quater centum jungit, sed ab ordine lectos
 Carbatinorum gnaros equitare caballis
 Egregiis, gnaros cannis explodere bombos
 Fulmineos, tanta stipante cohorte virorum
 Dux eques invehitur medius, medioq; sub æstu
 Faustarum sonipes motus clangore tubarum,
 Quem vehat, ille tenet; rigidos mordentia frenos
 Ora movens, spargitq; juba & surrigit aures,
 Incertog; pedum nescit jam stare tumultu;
 Et Princeps viridem thoraca indutus, amictu
 Fulgebat pulchro, surasq; incluserat auro,
 Gemmatum graviter lateriq; accinxerat enses,
 Exultatq; animis & præcipit adventantes
 Iam spe ligatos. Gallò hæc miranda videntur,
 Et stupet, obrutusq; hæret defixus in uno
 Principe Christiano primo, cui divite gemma
 Distinctam induto chlamydem diffusa serenis
 Maestas labiis aderat, Comitumq; caterva in
 Signiter instructa, secumq; ita mussitat, ausim
 Credere, Germanum tanto pollere Dynastam
 Saxona, si regem reminiscat itemq; repostas

Regis

Regis opes. Nihil est, ô Galle incredule, Dresdam
 Intra, Galle, modò: longè majora videbis
 Famâ. Ibi præclaris benè demulcere rebus.
 Et nos fama trahit, tracti penetrabimus ædes,
 Ni canis aut custos nos arceat inde severus;
 Vos circumspicite hîc an sit custosve canisvè.
 Non admirandas unquam satis invisuri
 Nunc animo, haud oculis; quia dum saturamus abundè
 Lumina, mens languet quasi facta famelica, primus
 Auctor adest operis Christianus in orbe stupendi.
 Hinc meritò ingenium auctoris miramur & ista
 Ardua sub celsas molimina euntia nubes.
 Quæ non struxisset, nisi si vestigia patris
 Pressisset Geometra bonus, multumq; peritâ,
 Quod decus in tanto non parvum principè, longè
 Plura invenisset prudens Mechanicus arte.
 Nempe Mathematicas hausisse fideliter artes,
 Archiq; tectonicen, fundaminaq; optica junctim
 Condidicisse facit benè posse adhibere probatum
 Cum radio canonem, præcelsasq; extruere arces
 Technoq; thecarum molimina mira novarum
 Indolis ingenio benè concinnare sagacis.
 Hinc Ducis elucet jam Magnificentia, moles
 Qui splendore pares evexit ad ætheris auras.
 Ardua Pyramidum condant miracula Memphis,
 Atq; Semiramidis jaceant operosa profundo
 Texta sepulta loco: Babylonica turris, olympi
 Quæ mimitabatur superare cacumina, prorsus

Diruta jam jaceat caput inclinata superbum,
 Aëre nec vacuo pendentia Mausolea
 Immodicis verbis Cares extollat, ad unum
 Omnia Dresda quidem vincit miracula, vincit
 Structa Semiramidis, Babylonaq; vincit, itemq;
 Regia Mausoli vincit monumenta, nec extat
 Maius opus, quamvis benè circumspexeris omnem
 Europam, Dux huc voluit conferre, bisformi
 Quidquid in orbe fuit Christianus & addere avorum
 Inventis mirabilibus: Cruce te auxeris antè,
 Singula quàm ternas oculis adeunda nec ulli
 Vel centum; id videas; aliud tamen excidet ultrò,
 Seu fueris Argus seu lynceus, effugit ultrò
 Quid tamen in tanto mirabilis artis acervo.
 Namq; sub ingenti dum lustras cuncta theatro
 Ceu novitatis avens, quæ sint fundamina, muros
 Artificumq; manus inter se operumq; labores
 Confers, Saxonicasq; vides justo ordine pugnas,
 Bellaq; jam fama totum vulgata per orbem,
 Mauritium fortem Alberto sat Achillei Achillem,
 Nec non Augustum celebrem sat clade Gothanâ,
 Dixeris illacrymans; parti ah bona signa trophæi;
 Nunc ubi vos estis tam fortia pectora in armis?
 Sed viget æternùm tantis laus vestra sub armis.
 Non ita Dresda foret, nisi si Christianus ad urbem
 Affabrè adornandam magnam impendisset opum vim,
 Non ita Dresda foret, quondam magalia, grandem
 Seu videas arcem atq; novum spectaris equile

Seu

Seu videas portas strepitumq; & strata viarum!
 Hujus enim auspicio & jussu pars ducere muros
 Moliriq; ades manibusq; advolvere saxa,
 Pars etiam erigere & pars concinnare; theatris
 Fundamenta locant alii benè firma, columnas
 Rupibus excidunt alii decora alta futuris
 Scenis, nulla manus cessat; sed nobile, plus quàm
 Nobile fervet opus, praeclaraq; moenia surgunt
 Et fosse & valli atq; ea propugnacula, quanta
 Misnis habere nequit, celebrisve Vienna, Vienna,
 Muselmanniadu terrorq; pavorq; Colossos
 Cerne super portas, jurares esse Gigantum
 Progeniem, quin & jurares vivere, totum
 Armati Martem sic hi spirare videntur.
 Roma tibi visa est, Lipsi, sed Roma cadaver
 Quid nisi putre fuit, rudera antiquaq; ruina?
 Vix jam Roma sui, atq; sui est nunc nominis umbra,
 Orbem, non urbem quam nominare Quirites,
 Ob septemgeminos, scandenda cacumina, montes,
 Inq; nova veterem Romam tibi querere Romam es
 Visus; ades Lipsi, non lippis inspicere Dresdam
 Augustam, ac oculis rectè utere & asserere, quanti
 Prae Roma faciant Dresdam Admiranda; nec hiscis,
 Lumina nec tollis, quasi suffragabere vero.
 Troja quidem excellens quondam fuit alta: sed altam;
 Nihil tamen ad Dresdam est Argivis Ilion armis
 Bis vetus eversum; vidit quoq; Troja tremendum
 Instar montis equum, divina Palladis arte

Extructum, sectaq; intextas abjere costas,
 Antea inauditum. Quid Dresda, quid? anne caballos
 Egregiè sculptos & cribibus exornatos
 Atq; júbis tumidos, torta cervice superbos
 Et pedibus nixos ostentat equile feroces,
 Cum phaleris qui habitusq; animosq; imitantur & altus
 Acrius attollunt vultus, cursumq; imitantur
 Et frenos mordent, quasi calle petuntq; sub ipso
 Intuitu posses pignus deponere, vivinè,
 Annè forent ficti falsa sub imagine? Tantus
 Christiano ardor erat naturam imitariè ausu
 Non modò felici; sed & allaudabili, ad omnes
 Quot fuerint quoq; posteritatis in hacce nepotes
 Profapia illustri de Saxone sanguine natos.
 Nil sic Phidiacæ, nil tantum Mentoris olim
 Formavere manus; nil sic Polycletus amussim
 Ad rigidam exsculpsit, nil cælo Dædalus olim
 Zeuxi ve effinxit, fudit nil tale Lysippus.
 Quin etiam inventis auget miracula raris
 Ille velut vulgi verbis preposterus ordo:
 Nam præsepe petunt animalia, abireq; aquatum
 Ipsa solent: astit hinc fluit unda perennis in ipsum
 Sponte locum, celeres ubi stantq; jacentq; caballi,
 Ac rectâ sauces aqui ex derivat in ipsas
 Promus aquam, totos operaq; immergit eâdem
 Gnavus equos, tanquam ponto stabularius aleo.
 In tenui labor; at tenuis non gloria; verùm
 Principe digna viro solertia, laudeq; digna

Cura

Cura per anfractus, compendia grata, minores.
 Iactitet urbs Venetum, tranabilis insula, mundi
 Absq; tamen vitio monstrum memorabile; Marci
 Ingentes gazas, gemmarum pondus & auri,
 Misit ab Eois Ophyre quod flava sodinis;
 Et Ducis ornatum precio haud satis exaequandum;
 Dresda minor non est, cui talia nota, repostis
 Dux in thesauris quæ condit & intima servat.
 Francigenæ verò populosa Lutetia gentis
 Quid Parlamentum, clamosa palatia, pleno
 Ore crepas? quasi si tua Gallia parlamentum
 Sola habeat: Dresdæ domus est augusta, propinqua
 Arci, à cancellis, quasi cancellaria, magnis
 Tam gravitate viris, quam multo jure politis
 Aucta. Satis non fit, dabit Appellatio promptum
 Consilii auxilium teq; extricabit ab omni
 Litigio, strepituq; fori, neq; Parlamento
 Est opus, ut taceam sacra Consistoria, nullis
 Sat celebranda metris, mera rebus asyla sacratis.
 Italiae splendens semper vernantis ocelle,
 Amphitearorum quid honore superba superbia
 Semirecisorum misero Verona? verendum est,
 Ut collapsa ruant, ac eruta fundamentis
 Intereant, nec post sese vestigia relinquunt.

Dresda viget, Ducis aula viget, viget arcis amœna
 Grande decus, viget ampla seges, viget inq; theatris
 Commoda materies, si res ita postulet, unus
 Grata vigent oculis spectacula plurima, tædæ

Seu sint illustres; seu sint convivia, lati
 Sive puerperii sit splendida pompa, sub ipso
 Temporis articulo hoc præsentis ut exstat, Iova
 Faxit, ut auspicio, Condeat exitus æqua
 Sorte, nec obturbet Davus nebulo omnia Dæmon;
 Omine sed fausto succedant cuncta, paratos
 Amphitheatrales ludos stat cernere cunctis.
 Christiano acceptum quod primo fertur, & ausit
 Vrbs alia immenso contendere in orbe, recedet
 Victa manuq; dabit; liceat mihi plana fateri,
 Urbem, quam dicunt Dresdam, ipse Poëta putavi
 Iunior huic nostræ similem, quo sæpe solemus
 Supplicibus chartis nostras detrudere curas,
 Aut quoq; defectus, foetus volo dicere, nostri
 Ingenii foetus: sed sæpius immaturos.

Ast ea tantum alias inter caput exserit urbes,
 Quantum nana solent inter vepreta cupressi.
 Lipsia ne mussa: Mihi mœnia cernito, labes
 Occupat & muros & propugnacula summo
 Margine, ceu lepra, & lateres solvuntur in horam
 Ut squamaq; cadunt, saxo minor exit in annum
 Heu paries. Dresdam inspicuote, nec unum
 Defore quadratum cernetis: ibi omnia firma,
 Perfecta, exacta, abq; soluta videbitis. Urbem
 Sic decet esse Ducis, cui paucis fidere tutum est,
 Quæ quasi præsidium, spes, & munimen in arctis
 Rebus adesse solet; Iova sed præside, Iova
 Sed custode: Deus nisi firmiter obserat urbem,

Excū-

Excubat incassum vigilum custodia muris.
 Possem alias urbes numero accumulare; sed uni
 Nulla satisfaciet Dresdæ, Byzantium & Anglis
 Londinum varia celebratum merce, nec annos
 Ante quidem paucos Antvverpia chara Brabandis,
 Utq; Batavum hodiè Lugdunum nobile, Belgis
 Utq; Amsterodanum, Tyæ quod tangitur undis,
 Tectosagisve Tolosa suis percommoda Celtis;
 Lugdunum omnigenum est: operosa Lutetia: Roma
 Ingens: res Venetum nimis ampla, Tolosaq; prestans,
 Omnimodæ fruges, artes priscaq; novaq;
 Singula quorum aliis insunt; hæc omnia Dresdæ.
 Addere possem alias: at quid juvat addere? Tantas
 Discupit haud laudes sibi Dresda celebriter olim
 Sæpius à magnis benè commendata Poëtis.
 Et jocus & ludus sunt cætera; quotquot in urbe,
 Quotquot in orbe oculorum acie venabere, tanto
 Præ splendore Ducis, præ magnificentia & alto
 Ingentis Dresdæ molimine, sexq; jocusq;
 Sunt quoq; ludus ibi susq; omnia deq; futura,
 Susq; & deq; futura, inquam, omnia sexq; jocusq;
 Et quoq; ludus erunt præ Dresda; secula & ævum
 Vivet in hoc operis miraculo, eritq; superstes
 Christiani Primi nunquam deletibile nomen.
 Saxoni præripiet nihil hinc gens ulla; Polonus
 Audiatur, aut Sclavus, sit Bulgarus horridus, aut sit
 Luvianus, Frisus, sit Cimber, Franco, Boëmus
 Prussius, Irlandus, Gotlandius aut Scotus, aut sit



Zelandus, Cattu, Bavarus, Suevusq; vel exlex
 Helvetus tumidus barba, aut Burgundus in amplis
 Conspicuus caligis, vel si quid opimius istis,
 Saxoni præripiet nihil ulla hinc natio; perstat
 Christiani Primi nunquam delebile nomen.
 Atx tamen in cœlis huic firmior obrigit, illam
 Incole jam scelix, salve Christiane, quaterq;
 Terq; beate vale Christiane nove incola Olympi;
 Cumq; tuis proavis salve atq; quiesce beatus!

Nil equidem ulterius potero, uberiusve precari
 Manibus, en sanctis, Dux Illustrissime, nostrum
 Est iter in terris: sed sunt tua gaudia celso
 In cœlo, electi tua delectamina, nostrum
 Est iter in terra inter spineta. Quid ergo
 Restat vel præstat, quam fervida vota piorum,
 Qui prece sollicitent venerabile Numen Iovæ
 Vnius, ut nobis placidam concedere pausam
 Vitæ pro libitu velit arbitrioq; benigno,
 Et Christi merito æternam donare salutem.
 Hoc satius, quam si jam colluctemur inermes
 Cum Satanae insidiis mundoq; & carne maligna,
 Cum morbo, illuvie, luctu exiliove dolore
 Cum lue, cum fame, cum cane Cerbereove vel isto
 Fœdus aut siquid monstrosius esse molosso
 Tergemini rictus valeatve effingier unquam,
 Quam si rixemur nudo de cortice, vitæ
 Æternæ miseri d. perdamusq; medullam.
 Vivere quidnam aliud? malè quam torquerier, angè

Atq; diu affligi? Ceu nunc insania mundi
 Fermentescit & ut scabies fera gliscit ubiq;
 Hareseon, quid ni melior quoq; vita probetur
 Atq; Deo votis emendicetur apertis?
 Quæ verò melior, quæ? quàm cœlestis: ad illam
 Summarum summam nos adspirare decebit.
 Attam n in mundo quia vivere iussit Iova,
 Inq; manu Domino est sati via tota terendi,
 Et statione licet nobis non cedere, tanti
 Induperatoris sine pace: sed usq; suo pte
 Quisq; suo officio functus pro Principe crebras
 Quisq; preces fundat Ian-inde Georgio & eius
 Coniuge prælustri, letaq; puerpera & huius
 Mascula item sobole, insigniq; heroulo, amœnia
 Et pro filiolis, pro Augusto fratre, marita
 Et bina vidua, Sophie mœstissima & olim
 Coniuge Christiani primi, atq; sororibus idem
 Ut prælustre genus generisq; fovere nepotes
 Iova velit similes & avis regnare nepotes
 Saxonica Rutæ sub germine jugiter, imò
 Pro Duce Magnifico Iano Rectore Philippo
 Et pro fraterna triaga, procerumq; cohorte
 Clara, donec erunt Academica regna Lycei
 Huius & in vegeti perstabunt flore vigoris.
 Nil sed omissurus, pro se quoq; quisq; Iehovæ
 Fundat ad æterni venerabile Numen & unum
 Et trinum fervente preces è pectoris æstu,
 Æstu, qui Christi merito succensus & auctus

Flami-

Atq;



70 MANES CHRISTIANI I.

*Flaminis ætherii flamma, venerabile Numen
Trinunum ad veniam facilis succendat Iovæ
Et cito flectat, Ohe, satis est, sit gloria Iovæ
Et tibi cum sancto sit Flamine gloria Iesu,
Nulla salus alio cum sit benè nixa patrono.
Satq; parentatum; nos jam campana monebit
Et templo ad templum sacris concedere; eundum est.*

Τῷ Θεῷ δόξα.

M A N E S
C H R I S T I A N I
S E C V N D I.

Anno 1614. 23. Iunii
in aede D. Pauli.

INHALTSVERZEICHNIS

1
II
III
IV

ni
O
vi
p
ju
ti
t
pa
ti
M





CHRISTIANISSIMAE REGI-
 nae HEDVIGIDI, Inclytæ viduæ
 & olim

CHRISTIANI II.
 ELECTORIS, &c.
 Conjugi Sereniss. &c.

Regia nata tantoq; Heroë digna Con-
 iux, dignior diuturniore ipsius con-
 jugio; Serenissima vidua, cui potius
 Beatissimos Illustriss. Christiani II. Ma-
 nes, quàm Tuæ Regiæ Serenitati offerrem?
 Oculus, cor, anima, dum Elector Inclytus
 vivebat, Tuæ Serenitati erat, nec demortui
 piè unquam hæcenus es oblita: sed sedet aita
 mente repostum tam properum funus. In cu-
 jus immortalis perennem memoriam Paréta-
 tio hæc prodit & publicè se Tuæ Regiæ Sereni-
 tati sistit obnixè precata, ut Tua Regia Sere-
 nitas non eam modò boni consulere: sed &
 pauperis Poëtæ preces locum habere Clemen-
 tissimè ne gravetur. Quod si Tua Regia Sere-
 nitas facere, studiorumq; meorum benignis-
 simam

simam rationem deinceps habere haud fuerit dedignata; Deum Opt. Max. obnixè precabor, ut Regiæ Serenitati diu salubriterq; victuræ sexcentos annos prorogare, & vitam æternam olim donare clementer velit, idq; faxit, qui omnia benè fecit; *Christus Iesus.*

T. S.

*addict.
cliens.*

ZUV



Εὐν Θεῶ.

ILLVSTRISSIMI ELE-
CTORIS,

D N.

CHRISTIANI SECVNDI

ἡμῶν ἐν τοῖς ἁγίοις beatissimi

M A N E S,

quartum jam compellandi solenniter in æde
Lipsiensis Academiae Paulinæ,
Anno 1614.23. Iunij.

Εὐν

Ncertum, plorem, annē fleam? minus esset u-
(trumque,
Fecero utrum quidem minus esset, alacre Ly-
(cēs

Et caput & procures, reliquiq; quot estis abundē
Nuperus Augustum; sed quantum Heroa? (tacere
Hic satius fuerit, quān dicere pauca,) querele
Funebri heroa decora vit carmine lessus.

Excipis Augustum Christiane Secunde, retrō
Mortue bis binis, laevum latus ecce! virentis (annis
F Spiran-

Spirantisq₃ etiannunc hac sub imagine vultus
 Ista columna tenet: roseus color oris ut omneis,
 Integer ut sanguis suffuderit undiq₃ parteis
 Corpore in excelsa, spectata paulisper utrosq₃
 Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat,
 Iurares vivum. Lacrymas vix comprimio, fletum
 Agre contineo, mihi si sit cernere tanta
 Copia, quanta quidem vobis, inhibere nequirem
 Ex oculis rivos, Christiane Secunde, secundus
 Nulli, seu Caesar sit majestate, secundus
 Seu quoq₃ Rex fuerit, nulli virtute secundus
 Robore nullo animi, seu Dux gravis audiat, ulli.
 Cui ver debuerat contingere perpetis ævi
 Inge, nec ad rigidas fati variabile sortes.
 Excipis Augustum fatali lege vetusti
 Fœderis ac omnes æquè obstringentis homullos.
 Quotquot humo nati, tot humo debentur humanis.
 Compare jure quidem, numero tamen impare vitæ
 Tractilis annorum, medio dum flore vigoris
 Stamina Christiano præcidit acerba Secundo
 Atropos heu! minimè parcentum Parca sororum
 Atra, Nepotis Avum senio tulit illa supremo
 Tarda Ducem Lachesis, nil Clotho pessima refert,
 Quidquid agatis, habet Deus arbiter ille necisq₃
 Ac vitæ solus secreti mysticum acumen
 Consilii secum, nostro haud venale cerebro.
 Grandis uterq₃ dolor, grave vulnus utrumq₃: sed illo
 Grandius hoc, quò crudius atq₃ recentius: amplè

Vulnus

Vulnus hiat patulis labiis nondumq̄, cicatrix
 Facta potest acrem blando lenire dolorem
 Unguine, seu Pœon redeat, redeantve Machaon,
 Clarus uterq̄, sua Chirurgus in arte Pelasgis
 Castris; cum messem vix quarta revexerit aestas,
 Ex qua Saxonico hæc ærumna sit addita fundo.
 Proh hominumq̄, deûmq̄, fidem! quota concidit unâ,
 Principe defuncto non spes? quotum abivit in auras
 Non animi votum? quota parturientis abortum
 Pectoris arca meros montes non sensit? inani,
 Ceu corvum vulpes, quot non delusit hiatus?
 Qualis, ubi in letum bona semina jecerit agrum,
 Spes alit agricolam, tenera dum messis in herba est
 Inq̄, dies gliscit, majoraq̄, concipit, uno
 Vel centum geminas culmo fore forsitan aristas:
 Aut ubi, que rigua stat consita margine ripæ,
 Arboris arridet species generosa, repente
 Vere parùm primo, Zephyroq̄, afflante, venustos
 Innumero numero dum trudit prodiga flores
 Ac dominum feudi spe pascere suevit amœni
 Auctumno fructus longè uberioris adulto:
 Sed tamen in segetem si grando furentibus austris
 Incidat aut rapidus montano vertice torrens
 Irruat, ut sternit sata leta boumq̄, labores
 Precipitesq̄, trahit flores, ludibria Cauris
 Certa per incertos tractus: ita Principis almâ
 In medio cursu mors immatura futuros
 Ocyùs evertit, conamina grandia, fœtus.
 Vix etenim regno Deus hunc monstrârat & ante

Bis senos patriis annos profecerat oris;
 Euge gubernator, Dux Illustrissime, sceptri
 Auspiciis hares, Christiane Secunde, secundis
 Saxonici, fausto circum clamore fremebant
 Aulaj proceres ac gratabantur id omnes,
 Imperio quotcunq, tuo moderatus es, urbes.
 Quin sylva ac montes inter pia vota dedere
 Gratum animi strepitum & plaudentia vidimus astra,
 Quin Pater Albis orans inter cava saxa cucurrit
 Ter spuma elisa, tumidaq, ferociit unda,
 Nec non letitiam benè pleno prodidit alvèo.
 Vivat jo Elector sexcentos inclytus annos.
 Vivat jò, etatem valeat patriæ pater, almæ
 Autor & interpres conservatorq, quietis;
 Publica seu spectes seu priva negotia, cunctis
 Vox fuit una viris, præsit feliciter, imò
 Vox fuit una viris, præsit diuturnius. At quàm
 Vota sefellerunt fera fata? sinister abundè
 Id satis eventus, sed non sine clade retexit.
 Ecquid agendum igitur; durine injuria fati
 Exagitanda? malisve oneranda subinde querelis,
 Quod vorat humanum genus, inclementia lethi?
 Heu vereor frustra simus, cum verberet auras
 Ille leves lateremq, lavet, quicunq, severam
 Emollire cupit somni precis arte sororem,
 Fabula narratur surda, neq, proficit hilum.
 An potius sanctos meditato carmine manes
 Condecorare juvet? solennia justave quartum

Faneris

Funeris in morem renovare, piūq; doloris
 Instaurare modis monumenta serena serenis?
 Sic puto, sicq; decet: Dux clementissimus olim
 Majus quid meruit, ne dum istud honoris, avito
 Virtutis studio ac calido pietatis amore.
 Vos, quibus est unis Academia subdita, Reclor
 Præcelse, en quartum jam Iane Philippe, Lycei
 Lipsiaci Reclor, Reclorq; vicarie tanti
 Principis, eximium decus ô Corvine cohortis
 Francigenæ, Physeos mera lux ac splendor Hygææ.
 Vos, quibus est animæ concredita cura salutis
 Lucida per medias quasi candelabra tenebras
 Hæreseôn, mystæ divini dogmatis acres;
 Vosq; quibus totos Themis est diffusa per artus
 Vtraq; juridicâ redimiti tempora lauru
 Obscuratarum rutilantia sidera legum.
 Vosq; quibus celebrata suos Medicina labores
 Destinat, agroti miracula maxima mundi
 Certa ruinosæ, Medici, sufflamina vitæ,
 Vosq; cerebrigenæ subtilia acumina Divæ
 Deliciæ Phœbi, spectate Decane, baleo
 Insignesq; viri Sophiæ ac studiosa juvenus,
 Seu re nobilitas, seu virtus extulit, unos
 Vos venio oratum, veniam ergo negare benignam
 Principis in laudes modico nolite Poëtæ.
 Haud mea res agitur, non ambitiosus urget
 Aucupium famæ caput hoc prurigove: verum
 Omnia concernunt, quæcunq; canentur, honorem



Principis ad plures rapti ad superosq; recepti,
 Omnia concernunt illius adorem & augent
 Gloriam in humanis bene partam singula rebus.
 Parva quidem fateor tanto laus esse Dynastæ,
 Imò nulla potest à me: tamen ipse Dynasta
 Eulogio tenui pro maiestate nitorem
 Conciliare valet, quin (fas sit dicere) vester
 Pollet utrumq; favor cumulare decenter & aures
 Comiter attentæ subdent calcavia vati.
 Rara canam; sed vera canam, quæ temporis atas
 Nostri non novit tantùm: sed vidit, apertis
 Extricabo metris, fidiq; accepta magistris
 Veriloquis dictis in sæcla futura nepotum
 Transmittam, vitamq; Ducis præclaraq; facta
 Olim, si libeat, noscent, me vate, minores.
 Musa vale, quasi Musa vale, quo nomine dici
 Malueris, numen mihi floccifit & sordescit
 Musa, tuum, nolo Parnassi visere gyris
 Irremabilibus, Pindive meatibus altos,
 Nunc ubi non estis, nunquamq; fuissetis, ad ocreas.
 Torqueat hîc alius se dirumpatq; cerebrum,
 Invocet aut stygio vanam divam evocet orco;
 Id per me liceat, si sit cum fruge salutis.
 Nos pia religio melioris & utilioris
 Admonet, ô veneranda Trias, mirabile Numen;
 In Trino simplex, unoq; in simplice Trinum
 Nulli rimandum; sed jugiter admirandum;
 Mentioq; exoptata tui nuperrimè in æde.

Fada

Facta sacra cunctis omni recolenda diebus
 Christicole, haud Pindi se Paranaſſive ſacratus
 Spiritus iſte jugis: ſed ſe demittit ab aula
 Ætherea Patriſ Natiq̄, regentis in ævum.
 Eſto igitur præſtò noſtroq̄, illabitor ori
 Spiritus æthereâ ſemper demiffus ab aula,
 Quod non mandamus; verùm prece quiſq̄, vovemus.
 Quale quid Auguſto tunc conſecravimus unum
 Relligionis opus nullo deſebilis ævo,
 Præcipuumq̄, bono affectu pietatis amorem
 Nobile in exemplum ſat commendavimus. Heros
 Hic etenim meliùs potuit jaçtare, quod olim
 Sparſerat Æneas de ſe præcone Marone.
 Sum pius Auguſtus, ſacra cui concordia curæ eſt,
 Relligioq̄, placet famâ ſuper æthere notus;
 Prima cui debes animi bona. Sanctus habere?
 Tale quid Auguſti jam deſignare Nepoti
 Eſt animus parilis Chriſtiano nempe Secundo.
 E pietate fluunt, velut ubere fonte peremnes
 Rivi, virtutes, clementia, candor & ardor
 Juſtitia, largæ bona munificentia dextræ,
 Cum probitate fides, & cum gravitate decori
 Maſcula vis animi ac anguſta modeſtia, blandi
 Suaviter alloquiî dulcedo mira: ſed inter
 Haſ meritò primam ſibi munificentia laudem
 Vendicat atq̄, locum, ſimiles quæ ſola Iehovæ
 Reddit nos homines. Quidni placuiſſe Dynaſtæ
 Præ reliquis potuit? quid ni quoq̄, debuit? Una

Hac decet illustres cumulo pro divite mentes.
 Et licet in mundo nulli sincera bonorum
 Commoda contingant, clarus quem vultus honestat,
 Deturpant mores, animus quem pulchrior ornat,
 Corpus deformant, bellis insignior ille,
 At pacem turbat vitis; hic publica foelix,
 At privata minus, partitum singula quemq;
 Nobilitant & secretim sparguntur in omnes.
 Ast huc mixta fluunt, & quae divisa beatos
 Efficiunt, collecta tenes Dux Inclyte junctim.
 Hinc imitatus avum gemino fervore sacratum
 Religionis opus defendit & acriter hostes
 Purae doctrinae Mavorte fugavit aperto;
 Hinc, dum sceptrum capit, nihil est antiquius illi
 Nil prius aut potius, quam quo pura pura sonarent
 Non depravati sacra dogmata pulpita verbi;
 Tempora sacerdotes digni, ludosq; magistri
 Apprimè illustres, Academiasq; politi
 Arte Professores tueantur itemq; gubernent,
 Jureq; jurando obstrictis, ceu foedere, votis
 Devinxit caput & promissis ora resolvit:
 Non prius aggrediar regnum, celsave parentis
 Arte fruar, populive mei moderabor habenas,
 Quam rata sinceri sint haec fundamina verbi.
 Dixit, & id, patriis quod tum promiserat oris,
 Constans servavit (neq; vilis opinio movit
 Vlla ducis mentem) ritusq; probavit avitos,
 Ut nati natorum & qui nascentur ab illis

Doctri-

Doctrinae integrae stabili dape semper alantur.
 O charum caput omniaque piuum praelustreque pectus,
 Cui fibris insedit amor divinior imis,
 Religio cui certa salus, cui sola voluptas,
 Cui vitae melioris iter placet atque modesta
 Mente Dei leges noctesque diesque probantur:
 Unde peregrinas ea fama volavit in oras
 Atque Ducem liquido fecit super aethere notum.
 Carole Quinte tui cedant cedantque labores
 Hic Leo Papa tui pro religionis amore
 (Si modo possit amor, si religiove vocari
 Ista superstitio Latius protracta tenebris)
 Vestra manus dubio quidquid molimine visa est
 Conniti, potior Dux is, totidemque diebus
 Pragae id restituit, quot vos nequistis in annis.
 Tu mihi testis ades Polycarpe Lysere, quid, ah quid
 Tu mihi testis ades, dixi, Polycarpe, fuisti
 Principe cum celso, non amplius estis, & illud
 Me pungit: verum malcent tua scripta dolorem,
 Tu mihi testis ades, quo formidata Suis
 Scrophigenis Latia meretrice puerpera in hara
 Praga fuit primum; manet aeternumque manebit
 Principis hoc factum Christiani forte Secundi,
 Inde secururis non allaudabile tantum;
 Inde secururis sed commemorabile seclis.
 Ante leves nitido pascentur in aethere cervi,
 Et mare destituet nudos in littore pisces.
 Ante pererratis amborum finibus exul

Leucoreus Plissam bibet aut quoq; Lipsicus Albim;
 Quàm Ducis exciderit tam mentio grata Bohemis.
 Huius enim unius tibi parta Bohemia tandem
 Aurea libertas in religione, Dynasta
 Christiani auspicio cognomine reg; Secundi.
 Alme Deus, Deus alme fave, ne mente rebelles
 Deficiant animi instabiles dubioq; labantes
 Pectore tam legum obliti, quàm fœderis isti
 Obliti tantorum operum, quæ testibus illic
 Pluribus in Boijs Princeps patrauerat oris:
 Sed memores seruent semel incorrupta probata
 Semina doctrinae, quamvis fremat orbis & orcus,
 Transq; serant seros ad posteritatis alumnos
 Omneq; consilium vitæ auxiliūq; regendæ
 A Iova expectent, trepido turbante tumultu.
 Si nihil hîc aliud canerem, selecte virorum
 Circule clarorum, solum tam nobile factam
 Commendat meliùs Christianum Herôa, paratis
 Oppida quàm si aliquot centum expugnauerit armis
 Tardiùs en! mentes cedunt, quàm forsitan urbes,
 Nulla balista quidem, nulla est catapulta, nec ullus
 Roboris est aries tanti, qui frangere possit
 Prisca superstitio quos dementavit, homullos.
 Ni Deus assuerit Sancti spiramine Flatus.
 Verùm alius longè virtutum maior acervus
 In nostro superest defuncto Principe, quarum
 Nominaq; & numerum si quis disquirere acuto
 Gestiat ingenio, disquiret gestiat idem,

Quot

Quot flores, quot apes alat Hybla, quot aetheris ignes
 Conspicui emineant suda sub nocte minores,
 Quot nivium hyberno fundantur ab aere flocci.
 E quibus illustres quasi fulgidus Hesperus alto
 De sese radios spargit clementia caelo,
 Cuius amica soror fit Munificentia nostro
 Virtutes supra reliquas adamata Dynasta.
 Non potuit non Dux sua fundere dona benigna
 Magnificaq; manu. Deus huc invitat & omnis
 Natura genius trahit huc ac angulus omnis.
 Imò non aliter quoq; debuit. Ecquis Iovæ
 Est propior, quam Dux? Deus est terrenus opesq;
 Liberiore manu miseris largitur egenis;
 Aut benè de patria qui promeruerè, rependit.
 Nam cui, quæso, bono jaceant defossa talenta
 Celati argenti, quidq; auri pondera facti
 Insective juvent, nisi distribuantur honestos,
 Continuanda quibus vita ista fovetur, ad usus?
 Emulus ergò Dei Princeps nil peccat, abundè
 Munera dum spargit, facit hoc Deus ipse diebus
 In solidum cunctis. Quis enim non munera sentit
 Tam variis sæcunda bonis? quod vivimus, istud
 Omne tuum, Deus est, quo vescimur atq; fovemus
 Exhaustas vires corpusq; amicum, id ipsum
 Omne tuum est, animæ quodcumq; salubria gignit
 Omne tuum Deus, est, quod discimus atq; docemus,
 Omne tuum Deus est, largæ hæc sunt munera peræ.
 Vir' tamen ulterius specimen bonitatis in omnes

Cælius

Cœlitus effusa? Nebulonibus ecce! malignis
 Equè Sol oritur, sicut melioribus, idem
 Panis olusq; dapes quoq; præbent largiter, equè
 Oceanus servit prædonibus ecce! marinis
 Atq; vehit classes hominum de gente profana
 Tartaricumq; genus Mahomericag; agmina jungit,
 Haud secus atq; probos. Quid eo tamen amplius? audi.
 Incipit ignavis sua dona profundere Iova
 Dives & ingratis sua dona profundere pergit.
 Qui verò ignavis? nanos mihi cerne puellos.
 Qui verò ingratis? nosmet modò consule grandes.
 Phy pudor. ob! quotus est, qui cogitet ista: sed alto
 Maxima pars cæcæ cupit hæc transcribere sorti
 Torva supercilio, proprio ve dicare labori,
 Quidni iidem largum Princeps imitetur Iovam
 Atq; sua equali spargat benefacta tenore
 Per gentes populosq; suæ ditionis. adite
 Iam modò præ reliquis, quorum bona copia prostat,
 Quotquot in illustri binam trieterida ludo
 Egistis, num non Dux clementissimus omni
 Tempore præstiterit, quod postulat esus & usus,
 Pabula quodq; animi sub præceptore requirunt,
 Dicite, nec laudes tanti mussate Dynastæ.
 Ab quot pressorum tenui sub sorte parentum
 Primitias sobolis, charissima pignora, quanto
 Dux alit hîc sumtu? nisi munificentia perpes
 Principis ista foret, foret actum de indolis usus
 Ingenioq; bono: plures raperentur ad artes

Sordi-

Sordidior manu faciles; hic sutor, at iste
 Sartor vel figulus fieret vel pellio, quartus
 Tornio vel polio, longum valedicere iussis
 Atq; relegatis extrema sub atria Musis.
 Nunc contra teneris adjutus alumnus ab annis
 Assolet ingenuas didicisse fideliter artes
 Atq; bonas linguas avido imbibere ore, sophosq;
 Evolvisse libros satagit, quò doctior olim
 Factus honorata mereatur premia laurus;
 Sive Magisterij trabeata brabea decori
 Ambiat aut sacra Pastor se destinet adi,
 Sive foro consul, cathedrae Professor honore.
 Cui tamen acceptum hoc referet, nisi Principis uni
 Munifici, tanquam patris in sua pignora, cura.
 O juvenes faciant, benefactaq; mente recente
 Ac memori recolant, quæ Princeps Saxo profusis
 Sumptibus exhibuit, nec non hodiè exhibet. esto
 Nullus in ingrato grege, nullus inutile pondus
 Esto, vel ignavum pecus ac ignobile terra.
 Sol oculus mundi totius ad infima plani
 Spargit inexhausto radiantia lumina campi
 Iugera fonte sui jubaris neq; deficit, atras
 Quin magis illustrat claro splendore tenebras
 Cunctaq; vitali persundit alitq; calore.
 Sol minor aut alter Dux est clementior orbi,
 Qualis erat, dum vivus erat, Christianus in aula
 Saxonica, quoniam nitet in promiscuo & omnis,
 Quo recreetur, habet; nec linea larga theatri

Cessat

Cessat & adstantum fœcunda rapina sinusq;
 Menteshq; exhilarat; Sol hic ubi splenduit, agris
 Nemo quidem afflictum rebus se sensit: eodem
 Sole sed occaso velut alta silentia noctis
 Frigus & horrorem incutiunt: ita Principis atro
 Funere quisq; dolet, trepidat stupefactus & horret.
 Luceat ergo diu Ian-ille Georgius æthrâ
 Purior, auricomis longeq; serenior astris:
 Hoc à Patre Deo calidæ precis igne rovendum est.
 Quid? quod ut unda novæ semper supereminet undæ
 Affluit hæc, iterum sed diffluit altera, nunquam
 Alveus in pleno desit piscosior amni:
 Sic Ducis alma manus rigui manet emula fontis,
 Qui quanto plus fundit aquæ; tantò illicet urget
 Copia major & assiduo se colligit usu,
 Pluraq; donando fit largior illa recensq;
 Agglomerat dono donum, jam munere certat
 Percita muneribus (dictu mirabile) nullis.
 Propria Christiano fuit hæc largitio; virtus
 Regia & illustri tantum exercenda Dynasta;
 Limitibus contenta suis, non gurgite vasto
 Procinus, ut fuerint, homines effusa sub omnes;
 Debita sed meritis potius; sed dedita dignis
 Gratia prona viris varii pro pondere facti.
 Hinc tulit aucta novis primas Ecclesia donis,
 Et, quibus est solis Ecclesia credita, dotem
 Obtinuerunt suam, nec non Academia ad auctas
 Vidit opes, & opes schola vidit inopsq; juventus,

Ac

Ac viduae sacris orbe videre maritis
 Quaeq; suum, sed & aula potens, auleq; ministræ
 Non indonati defuncto abiere Dynastæ.
 At quid opus verbis? ambage quid insuper ullâ
 Usus? ut arbor erat sera de nocte monarchæ
 Nabuchdonosari ficta sub imagine somni
 Visa sat aprico nimium sublimis in agro,
 Cœlo mista comas, grandesq; per aëra ramos
 Spargens ac patulis effundens frondibus umbram,
 Iucundus visu fructus, iucundior esu,
 Unde famem sedent pecudes, quæ pinguia tondent
 Pascua, ubi expansis quæ tranant aëra pennis,
 Per virides passim ramos sua tecta volucres
 Edificent repleantq; vagis loca sola querelis:
 Sic fuit & Princeps, cuius sub tegmine tuti
 Hactenus optatæ transegimus otia vitæ,
 Cuius & auxilio nullos trepidavimus hostes,
 Sed stetimus firmi, ceu murus aheneus, altaq;
 E specula tacitas despeximus undiq; fraudes,
 Insidiasq; rate benè freti robore dextræ!
 O liceat nobis tantum revocare Dynastam
 Vel prece, vel precio superasq; reducere ad auras,
 Sponte nec invitæ nil non ageremus & omnes,
 Sisyphus ut saxum volvit, contendere nervos
 Vellemus, nisi si duri inviolabile fati
 Impediat pactum, nisi lex adamantina lethi
 Arceat ac hominum vires elidat & ausus
 Eludat fragiles, Medicasq; irrideat herbas.

Tu decus omne tuis, Christiane Secunde, secundus
 Non proavis atavisq³, tuis virtute, Parentis
 Christiani Primi cognominis æmulus, ac par
 Si non major avo Augusto, patruoq³, gemellus
 Mauritio, cujus, nisi quid me fallat, honori
 Exequiale melos mœstus meditatatur Apollo;
 Præ reliquis, quos secula prisca tulere, perennem
 Iamdudum peperit tibi munificentia laudem.
 Ne strue prisorum vos prægravet exemplorum
 Longius octonas productum carmen in horas,
 Cùm memori pridem fodicet mihi cynthius aurem,
 Quantula versifici restet mora, quanta supersit
 Hactenus in numeros pronis attentio, lassus
 Iam penitus lumbos: brevis esse laboro, Iehovæ
 Paucus sermo placet, si sit modò serius, illum
 Iudicij æstimio tradi meliore probatis
 Vos quoq³: virtutis liceat decurrere campo
 Largiflua tecum, Christiane Secunde, celebris
 Heroum veterum turma, liceatq³ videre,
 Cui statuisse suam malit victoria palmam.
 Agmen agas primum Iuli mihi Cæsar, an arte
 Martene Romanæ quondam famosior urbi?
 Quæ fuit in streperis tua Magnificentia castris
 Miles in officio quò staret & esset in armis
 Fortior. Ecquæ vox? sestertia millia dena
 Sunt opus ac toties sestertia millia. Caj
 Cæsar respira. Quam non Christianus opum vim,
 Ferre peregrinas dum se Legatus in aulas

Alter

Alter & alter avet jussus, profudit amore
 Solius pacis, belli pertæsus iniqui?
 Julia clamabit, quotquot duraverit annos,
 Litigiosa sat & dubiis distracta sub armis.
 Testem Casareâ se Gödelmannus in aula
 Offeret ac ultrò Gerstenbergerus amicam
 Jungere poscet opem; sed quo splendore, vel ære?
 Aurea de loculis promuntur pallia eburnis,
 Ambraëq; & moschi passim stactæq; suavis
 Halitus ac molles casia funduntur odores.
 Nec non & Tyrio splendentes murice vestes,
 Regia dona, enses gemmis præfulgidi & auro,
 Atq; caballorum generosa caterva sonantum
 Nobilibus comitata viris, comitata ministris
 Egregiè fidis, gazæq; sequuntur opimæ.
 Quid loquar illustres vario pro tempore tædas?
 Quid numerem raras generoso ex agmine pompas?
 Ignea quid referam miracula pulveris usti?
 Quidve theatrorum spectacula singula? ludos
 Quidve alios aut quid certamina equestria? Magnus
 Splendor ubiq; fuit, dignusq; hoc Principe sumtus.
 Quem si vel leviter perstringere coner, opacus
 Antè diem clauso componat vesper olympo.
 Quis tibi nanc, Iuli, Christianus habetur? aperto
 Ore facere, mihi liceat si dicere, Dux hic
 Triptolemus novus est, qui curru vectus eburno
 Semina non frugum; sed munificentia abundè
 Sparsit & effudit, quasi cornu copia in omnes.

Alter

G

Dive

Totius adspectu Triados benè leta, perenni
 Suaviter ambrosia saturataq; nectare, & umbra
 Sit levis illustri ac quoq; sui sine pondere tellus.
 Spirantesq; croci tumulus & odoriferum ver
 Halet & exurgat, vivat post funera virtus
 Incluta, Christiani nomen vigeatq; Secundi.
 Nos tamen interea, quotcumq; supersumus ævo
 Hoc scabioso etiam & vitali vescimur aura
 Fæce sub extrema mundi, prosternimur aris,
 Magne Iehova, tuis, tibi poplite vota q; flexo
 Offerimus calido ferventia pectoris æstu.
 Pura sacrosancti servatum dogmata verbi
 Ito Deus, cum sint, qui sacramenta, Parentis
 Quo primi eluitur pollutis noxa, lavacrum
 Et Christi verum corpus verumq; cruorem,
 Æthereas epulas, dubia pervertere glossâ
 Blaspheme studeant; assertum fortiter ito
 Religionis opus nullis violabile telis
 Sive dolis, & cum sex Esavitica sordes
 Spargat ubiq; suas, Deus ô depellito, nostras
 Ne scelus immensum, quasi pestis atrocior oras
 Inquinet; ito Deus defensum Ecclesiam & ito
 Defensum pueris habitacula commoda, ludos,
 Ne ruat in miseris Gogo cum fratre Magogus,
 Magna minorq; diu velut Asia sensit & ipsum
 Gracia perpetitur Turcæ subjecta tyranno,
 Instat idem Hungariæ, nisi vertat Iova, pericli,
 Ne ruat in miseris Musas aut funditus artes

94 MANES CHRISTIANI II.

Eruat ingenuis cum linguis: ito revulsam
 Alme Deus pestemq₃, famemq₃, necemq₃, malorum
 Iliada auferto; pacem donato, Dynastam
 Sexcentos Ianum servato Georgium in annos
 Sospitem & incolumem celsa cum Coniuge; fausto
 Inq₃ puerperio quartum gaudente, deinceps
 Cum sobole illustri illustrem ludente per aulam,
 Et fratrem Augustum illustri cum coniuge, binas
 Illustres viduas, matrem Fratrisq₃ maritam
 Reginam Hedwigin, Christiani nempe Secundi
 Heu mæstam viduam, cui nullus acerbior unquam
 Illuxisse dies potuit, binasq₃ sorores
 Illustres, adeoq₃ omnes, qui Saxone freti
 Principe cognatam jactant hoc stemmate stirpem,
 Saxonicevé fidem si quis transcripserit aule.
 Attamen inprimis Ianum servato Philippum
 Rectorem illustrem nostri cum laude Lycei.
 Et fratres ternos, prælustria sidera, Rutæ
 Germina Saxonice, proceres Academia & omni
 Arte Professores claros, juvenumq₃ catervam,
 Tandem haud indoctæ spem posteritatis alumnam
 Protegito, sartos tectosq₃ tuetor ad unum
 Cunctos, ac superæ nos dote beato salutis.
 Pro quo Iova quidem dono quid tradimus? Esto
 Gloria, laus esto, decus esto, perennis honorq₃
 Esto tibi Deus ô Natura in simplice trino.

Τῷ Θεῷ δόξα.



LECTORIS.

Sphalmata si quæ fuerint, candor lectoris æqui ea facile emendabit. ut p. 10. pro fidelio? romnes. fidelior? p. 20. pro novam, novâ. p. 49. v. pro a inverſim, ut & ibidem 1. pro i. 64. calle, pro calce. n. 97. pro 79. & ea pagellâ, baleo, (quæ vox nec in orbe nec orco est) pro brabeo, 87. trabeatæ pro trabeata. Hæc notabilia sunt, tenuiora aut spiffiora si occurant, benevolus doctusq; lector eadem corriget, & benè valebit.

L I P S I Æ,
Excudebat LAURENTIUS COBER.



Impensis
THOMÆ SCHÜRERI Bibliop.

Anno

M. DC. XIV.

R.



h. 2345. 8

ULB Halle

3

004 977 610



von

n. 17



22
57

h. 22, 57.
EPITAPHIA A
ria qua

ILLVSTRISS. SA.
Sac. Rom. Imp. V
Dn. Dn. I

MAVRITIO M
AVGVSTO
CHRISTIANO I
CHRISTIANO I

Heroibus inc
libu

*Olim ab aliis erecta ;
mia, qua Lipsia est, sol
tro, omni marmor
ornata & in*

VALENTINO
P. C. Med. L

L I P S
Excudebat LAVRE

ANNO M. 1

